grangia em̄ aut furno aut molendino cō
sueuerunt dicere auari: hoc ē melius mē-
brū qđ ego habeā. ego oleū leniae q̄ ipse
xp̄s dicitᷣ vnctus p̄ participib⁹ suis. Nō so
lū agnominari sed etiā noiari voluit xp̄s
Ego oleū ad medicamēta morboꝝ spūa-
liū ad leniendos dolores animaꝝ ad cō-
diendos cibos bonoꝝ opeꝝ. Sine me ei
nec suauitas ē animab⁹ nec solamē seu le
uamen doloribus earū nec sapor aut suaui
tas bonoꝝ operū cibis. Insipidi em̄ sunt
sine me. ꝛ si em̄ vt dicit Aug⁹ bonū fit qđ
fit nō tamē bn̄ fit qđ sine charitate fit.

Ego sum oleū sanctū quo inungūtur ꝛ
efficiuntᷣ vt ac sancti dei sacerdotes Sine D
me ei nec sanctitas ē nec sanctificatio. ego
sum vnctio sue docens de om̄ib⁹: sic legi
tur p̄mo iohā. ij. Sicut em̄ amor mūdan⁹
atq; carnalis in oibus excecat eos quos ar
ripuerit ita vt ipsa q̄ amant nō cognoscāt
Ita ego quos vngo in om̄ibus illumino
ꝓpter hoc dicitᷣ vulgari ꝓuerbio. Si qs
amat botrathā luna videtur ei. Adeo em̄
excecat amor mūdan⁹ atq; carnal' vt ster-
cora tp̄aliū diuicias nobiles reputari fecit
at et p̄claras. Nec solū int⁹ excecat amor
hmōi sed ꝛ foris: verbi gracia. Si qs de-
formissimā mulierem amet videtur ei spe
ciosa ꝛ si nigerrima ē videtur ei saltē fusca
Hoc aūt vel excecatio est. vel saltem cecu-
ciatio. Causa autē in hoc est quoniā mun
dana atq; carnalia tenebre sunt apud id
quod ē nobile aut sublime in anima hu-
mana et q̄si puluis et terra iniecta in ipsa
Unde q̄nto ꝓfundius se iniecerint vel in
heserint menti humane. tanto magis illā
obtenebrant vel excecant. Spiritualia ve
ro lux sunt et lumina apud illud ꝛ q̄nto ꝓ
fundius aut vicinius in eo fuerint. tanto
plus illud illuminant. q̄ntoq; plus p̄ plu
ra illorum apud eam fuerint tanto pl⁹ lu
cis vel plura lumina erūt apud illā. Hoc au
tem inde manifestum est quia elongatio E
ab his. que carnis vl' mundi sunt. mentē
humanam facit ꝓpinquare ad illumina
tionē suam. Quemadmodū elongatio a
tenebris ꝛ appropinquatio ad spiritualia
appropinquatio est ad lumina. ꝛ ad pri-
mū et ad purissimū lumen. ꝓpter qđ legi

tur in psalmo. Accedite ad eum et illumi-
namini. Ego sum unctio crismalis. reges
ac sacerdotes constituens per me enim solum
veri reges regnant et veri reges ac recto-
res sui sunt ac suorum. sine me enim serui
sunt nequissimi viciorum. Ego sum fons ple-
nitudinis et habundancie vniuersalis om-
nium bonorum. propter quod Aug. Ubi cha-
ritas est quid est quod non possit prodesse
vbi vero ipsa non est quid est quod possit pro-
desse. Ego fons proprius bonorum vt dicit
augustinus cui non comunicat alienus. ego
sum vita virtuti vt dicit prosper de vita con-
templatiua. sine me enim omnes mortue
sunt. et sicut supra ostensum est. ego vestis
nuptialis sine qua a nupciali conuiuio eij-
citur quicunque intrare presumpserit. sicut le-
gitur mathei. xxii. Ego stola prima atque preci-
osa que filio prodigo reuertenti de regione
dissimilitudinis id est peccati reddi precipitur.
Luce. xv. Ego tunica thalaris vel polimi-
ta suauitate fragrans quam figurauit tuni-
f ca ioseph Gen. xxxvii. Et vt breuiter de laudi-
bus meis multa ac magna et mira. non ta-
men omnia dicam. ego sum in elementis
ignis nunquam decidens aut descendens. in gem-
mis carbunculus ardentissimus ac rutilantissimus
in coloribus rubor de xpi sanguine tinctus o
sanguine murice expressus. Xpi enim passio vt ait
beatus Bern. amore ipsius et imprimit via-
mus et exigit a nobis iustius. Ego sum pre-
sens purpura ac coccino bis unctus. propter
duo mandata diligendi deum: videlicet quia
creauit et quia recreauit ardens velut illo
sanguine tincta. Ego sum in liquoribus
oleum in arboribus oliua. In vestibus sacer-
dotalibus infula vel planeta. In floribus
rosa vel lilium flammeum. in metallis aurum
ignitum. In vestibus militaribus palium atque
B cappa alata. Palium quia posteriora per
obliuionem opto vel anteriora reuelo. hoc
est spiritualia et eterna. in suppellectibili-
bus coopertorium operiens omnia immun-
da et erubescenda: sicut dicit salomon pro-
uerbio. x. vniuersa delicta operit charitas
et iacobi. v. Charitas operit multitudinem
peccatorum. ego sum in membris pes. quo in
via mandatorum dei curritur. Sine me
ergo inexpeditus ambulare nititur quicun-
que aliquid de dei mandatis adimplere ag-
greditur. Ego in mensuris spiritualibus la-
titudo. Quare sine latitudine est qui me non
D habet. ego in potestatibus secularibus rex
vel imperator. In ecclesiasticis sacerdos ab-

bas vel episcopus. Ad nutum enim meum vel
imperium omnia fiunt apud eos in quibus
sum. ego sum in ministris camerarius: om-
nia venire faciens omnia que ea facultate
qua supra diuinus habundare faciens. ego
sum in dispensatoribus bonorum distribu-
tor. omnia distribuendo retinens. ita vt
ipsum apud quem sum post me in primis do-
nem deinde omnia que eius sunt. ego pri-
ma et maxima largitas que nihil indatum
relinquo cor quod inhabitauero. Instar
domus dei celestis ordino et dispono. ibi
enim et hanc dispensationem obtineo. ipsum
enim deum ac dominum seculorum ego dedi. si-
cut legitur in. viii. ad Ro. Qui proprio filio
suo non pepercit sed pro nobis omnibus tra-
didit illum. ego sum in instrumentis seu in
vehiculis currus quo in celum curritur. ego
sum currus quo in celum raptus est hely-
as sicut legitur. iiii. Regum. ii. ego sum ra-
dix ex qua pendet tota lex et prophete sicut
legitur Mathei. xxii. ego sum finis ad quem
tendit tota lex. sicut legitur. i. Thymothei pri-
mo. Finis precepti charitas. ego sum pleni-
tudo legis sicut legitur ad Ro. xiii. Pleni-
tudo legis est dilectio. et ad Galathas. v.
Omnis lex in vno sermone impletur. per
me dimittuntur peccata sicut legitur Luce
vii. Dimissa sunt ei peccata multa quoni-
am dilexit multum. Ex his autem laudibus
manifeste sunt sugillationes contrarii mei
quod est odium. Similiter et alterius inimi-
ci mei qui est cupiditas siue amor tempo-
ralium. Quid plura. lege apostolum in. xiii.
prime ad Corinthi. et inuenies quod quasi to-
tum se effudit in laudes meas. lege primam
canonicam Johannis. et apparebit tibi quod
de ea dicit Gregorius quia omne quod loqui-
tur charitatis igne vaporatur. Et ad vlti-
mum lege in. xiiii. et. xv. euangelium iohan-
nis et legis euidenter quia precepto et meum
solummodo se dicit ibi deus his verbis
Hoc est preceptum meum vt diligatis inuicem.
De me est scola eius in primis et maxime p
me enim sunt discipuli eius quicunque de sco-
la eius sunt sicut ipsemet testatur dicens eius-
dem. xiii. In hoc cognoscent homines etc.
Ego de alienis laboribus siue lucris mer-
cedem et lucrum percipio. vnde inde gaudeo
Sicut dicit Augustinus. Uis habere mer-
cedem de alieno opere gaude inde et mer-
cedem tibi inde comparasti. Felix ac no-
bilissimum commercium nihil dare et merce-
dem vel lucrum percipere ymmo de alie-

no laboꝛe duplicē mercedē accipere gau-
dere enim gaudiū recipere est Dum ergo
de alieno laboꝛe gaudeo .p̄mā merce-
dem videlicꝫ gaudiū hic ꝑcipio .ꝛ ſcḋam
in futuro. Teste Aug. Expecto per hoc ipꝫ
ꝗ mei sunt alieni laboꝛes. ꝛ lucra aliena
euidēter ꝓbans. Certū em̄ est. q: gaudiū
quibus est cibus ꝛ potus est ſpūalis atqꝫ
refectio coꝛdis. Quia ergo de fructibus
ſeu opibus bonis alienis licet mihi gau-
dere quantū volo quocūqꝫ inuito vel cō-
tradicente Quare mei sunt omnes em̄ fru-
ctus de quibus ſine iniuria alterius poſ-
ſum comedere. quantū ꝛ quando ꝛ quo-
tiens volo. quocūqꝫ inuito ꝛ contra dicē-
I te. procul dubio mei ſunt. Ego ſum fur
fidelissim⁹ atqꝫ iustissim⁹ ꝛ in nocentissim⁹
q omnia bona aliena clā capio .mea fa-
cio. acquiro. amādo em̄ illa atqꝫ inde gau-
dendo .neſcientibus illis. quoꝛū ſunt claꝫ
illa rapio mea facio ꝛ acqro. nihil moleſta
vel dāpnoſa ſunt furta mea. ymmo vtilia
ꝛ iocunda. non ꝓpter hoc aūt minus hꝫ
aliqs. aut minoꝛa bona ſua. cū ea moꝛe
ꝛ modo meo rapuero. ꝛ furatus fuero ſi-
ne detrimēto bona poſſidēciū illa capio
ꝛ de illis ditoꝛ. cum multo fructu ꝛ lucro
eoꝛū. Cum em̄ illa per modū dictū poſſi-
deo ſi ad noticiam eoꝛū hec veniūt dupli-
cant eis q: prius nō niſi in ſeipſis illa poſ-
ſidebāt. nūc aūt in ſeipſis ꝛ in me illa poſſi-
dent. Si ꝟo boni id eſt bonoꝝ amatoꝛes
ſint laboꝛant multi mēdicātes hoſtiatim
ſingulatim rogātes viros ſctōs vt eos col-
ligant ꝛ aſſocient ſibi in bonis ſuis. non
incūbit mihi laboꝛ iſte vel mēdicando. nec
eſt mihi neceſſarius conſoꝛtem atqꝫ par-
ticipem omnium bonoꝛū que viri ſancti
poſſidēt me facio ex hoc eſt eis neſciētib⁹
vel etiam prohiberi vel etiam contradice-
re non valentibus. Quare manifeſtū eſt.
vbi ego non ſum paupertatē omnino eſ-
ſe et laboꝛem mēdicationis neceſſario aſ-
ſumendū vbi ego ſum omnia affluere fa-
cio ꝓpꝛia et aliena. Ego ſum dei nū-
mus ſiue nūmiſma hoc ē iſta moneta ꝯ
K ymago ſum illius et per me dinoſcit̄ ſicut
ſupꝛa dixit. Auguſtinus Amoꝛ em̄ alieni
boni quevere bonitas eſt ſuper oīa aīas
ſauctoꝝ deo aſſimilat cū eius indiuidu-
um id eſt ꝓpꝛie ꝓpꝛium et eſſēciale ſit bo-
nitas pura implens omnia ſecula boni-
tatibus ꝛ cauſis ꝛc. Ego de alienis bo-
nis toꝛ exennia regi regum offero vel pꝛe-

ſento. quot eidem laudes ꝛ graciarū acti-
ones ꝛ benedictiones deo reddo Hoc er-
go ē ius meum. Hec dignitas ꝛ poteſtas
vt de omnibus bonis vbicūqꝫ ſint. ꝛ cu-
iuſqꝫ ſint exennia mea ꝛ donationes hu-
iuſmōi facere poſſum. Ego ſum debi-
tum quod ſemꝑ ſolutum ſemꝑ detinet de-
bitoꝛem ſicut dicit Aug ſuper illud Apo-
ſtoli. Nemini quidq̄ꝫ debeatis niſi vt ad-
uicem diligatis. Ego ſum debitū quo
reddito reddunt̄ omīa debito ꝛ nihil fur-
ti vel rapine remanet apud reddentem ꝛ
quo non reddito totū furtū aut rapina
eſt quidqd eſt apud ipꝫ. Qui em̄ non red-
dit deo ꝛ ꝓximo amoꝛem debitū. fur eſt
ꝛ latro etiam coꝛdis ſui. Ego ſum cenſus
ꝛ redditus quē deus in omni coꝛde ſibi ꝛ
ꝓximis reddendū conſtituit. ꝛ litteras ſu-
as videlicet veteris legis ex huiuſmōi red-
ditus vel cenſus aſſignatione dedit. ſicut
legit̄ .xviii. leuitici ꝛ .vi. deutronomii.
Heu quot fures ꝛ latrones hꝫ vnuſ-
quiſqꝫ veſtrum qui cenſum iſtum vel red-
ditum. nondū nobis reddiderunt. ſi tñ et
de cetero reddere vellent. conſiliū meum
eſt. vt conſiliū bonum haberem⁹ de ſub-
tractis id eſt de retroactis ammitendis. L
Heu quia de furto illo pene nemo confi-
tetur. ꝛ nemo qui inde faciat reſtitutōē.
Ego vinculū quo ſolo alligari potuit dñs
foꝛtis ꝛ potens dominus potens in ꝑlio
Alligari inq̄ꝫ ante pꝛeſidem ꝛ ante pyla-
tum ad columpnā. Si totus mundus fer-
rum eſſet aut acerum non poſſent ex illo
ferro aut acero fabricari cathene. quibus
vel ligari vel teneri potuiſſet: ego ſola ſic
eum alligare potui ꝛ tenere. Ego vinculū
quo ſolo trahi potuit ad terrā ymmo vſqꝫ
ad inferos ꝛ per ipſam miſeriam ꝛ moꝛtē
noſtram. per ſpinas ꝛ clauos dei filius ꝑ
me adhuc trahitur a diligētibus ſe. qui-
cūqꝫ eo indiguerint ꝛ in ipm̄ venire volu-
erint. per me ſolam gloꝛiant̄ electi dei ſe
habere in vinculis ſuis. Ita em̄ ſolet dici
mulierib⁹ de amatoꝛib⁹ ſuis non habes
ipm̄ in vinculis tuis. Gloꝛiando incogita-
bilis eſt audere eſtimare ſe deū habere
in vinculis. vel eum vinctū tenere. Tene-
bat eum Iacob. vinctū hoc vinculo cum ei
diceret dominus. Jn. viii. Gene. Non po-
tero ibi quidq̄ꝫ facere donec inde exeas.
. ꝓpter quod dixit Yſa. ad eum. lxiiii. Non
eſt qui conſurgat ꝛ teneat te. Tenet autē
eum vinctum quē ipſe ſimiliter vinxit

meruit. Sicut ipsemet testatur dicens. Prover-
biorum .viii. dicens. Ego diligentes me dili-
go. Ac si diceret. Quos hoc vinculo vinctos
teneo. Similiter et ipse me vinctum tenet. Ego
D funiculus triplex qui difficile rumpitur de
quo legitur. ecclesiastici .iiii. Velud enim ex
tribus cordellis contextus: quorum primus
procedit ex beneficio nature. Qua bona
nature largior. Secundus ex beneficio gra
cie qua bona gracie tribuo. Tercius ex
beneficio glorie. qua bona glorie presto.
Qui habet in iugi et viuaci memoria tri-
plicem istam beneficienciam creatoris
habet materias vnde extrahat cordellos
istos. et vnde nectat funiculum istum tripli-
cem. vel ex vna sola bonitate diuina. Tres
isti cordelli digitus mulieris fortis qui fu-
sum apprehenderit. Ex prouerbiorum vltimo
Mirabili artificio extrahitur dum diui-
ne bonitatis illius in largitorem bonorum
naturalium erga nos deinde bonorum gra-
tuitorum. Tercio bonorum glorie pro vt di-
gnum et iustum est cogitantur. possunt isti
cordelli aliis modis multipliciter inueni
ri propter istos cordellos non solum funi-
culus sed etiam funiculi et vincula nomi-
nor. osee. xi. Vbi dicit deus. In funiculis
adam traham eos in vinculis charitatis
N Ego sum funiculus et vinculum quo solo ex
trahitur quicumque peccator de lacu miserie
et de luto fecis quo solo trahitur de culpa
ad graciam et de gracia ad gloriam: per me
solam dei filius traxit ad se omnia et per me
a terra exaltatus est sicut ipse dicit Johan
nes. Ego si exaltatus fuero a terra omnia
traham ad meipsum. Per me enim solam ad
altum crucis tractus est et in ea leuatus. Ne
minem vnquam traxit nec tracturus est nisi per
me. Similiter nec aliquem traxit pater ni
si per me. Quare manifestum est quod nemo
venit ad christum dominum nisi per me. Ego
via excellentissima. sicut testatur Aposto-
lus in .xiii. prime ad Corinthios dicens. Adhuc
excellentiorem viam vobis demonstro.
Ego in domo dei celestis dispensatrix po
tentissima omnia habens in manu ad dan-
dum etiam ipsum regem et dominum seculo
rum. Ipsum enim dedi et do. quibuscumque
volui et volo. Hoc ipse enim et pater testa
tur Johannis .iii. Sic deus dilexit mundum
vt vnigenitum filium suum daret et cetera.
De ipso filio in vltimo ad titum. Qui de-
dit semetipsum pro nobis. Quicquid autem vter
que dedit ex me dedit et per me. In quocum
que enim sum ipsum iam dedi omni amato
ri istius. Omnis vere amans per me amat
et per me quasi per vinculum vel funiculum
tenetur et possidetur ab amato: vt supra di O
ximus. Ego sum pleni iuris et possessionis
domina a deo habens in potestate omnem
illum apud quem fuero vt illum pleno iu
re amari ipsius faciam et vt in omnem eius
vsum ipsum transferam. propter hoc ipsum regem
celorum et dominum dedi humano generi
in precium redemptionis. sicut in Psalmo
Redemptionem misit dominus populo
suo. In sacrificium reconciliationis: sicut pre
dictum fuerat ysaie .liii. Oblatus est quia
ipse voluit. et ad Hebreos .ix. Quanto magis
sanguis christi qui per spiritum sanctum semet
ipsum obtulit immaculatum deo et cetera. In An
tidotum sanationis sicut in eodem Ysaie
capitulo legitur. Vere languores nostros P
ipse tulit et dolores nostros ipse portauit.
et .i. petri .ii. Cuius liuore sanati sumus. In
scutum protectionis: sicut in psalmo legitur
Scuto circumdabit te veritas eius. Et alibi
Improperia exprobrantium tibi ceciderunt
super me. in cibum et potum refectionis.
Sicut ipsemet dicit iohannis .vi. Qui man
ducat carnem meam et bibit sanguinem meum
ille in me manet et ego in eo. Et in quarto
iterum. Qui manducat me viuet pro- Q
pter me. In aduocatum iugis interpel
lationis apud patrem misericordiarum.
in propugnatorem dyaboli re debellatio-
nis: propter quod dicitur Dominus fortis et
dominus potens in prelio. Vbi Beda. il-
lo nimirum prelio: quo potestates aereas de
bellare et illarum tyrannide mundum venie
bat eripere. Expressius autem apostolus. xii
ad Colossenses. Exspolians principatus et po
testates traduxit confidenter palam trium
phans illos in semetipso. De vtroque autem
simul hoc est de officio aduocationis et de
officio propugnationis ipsemet loquitur ysa.
lxiii. Ego sum qui loquor iusticiam supple
vt aduocatus: et propugnator sum ad sal
uandum. Dedi enim humano generi in
pontificem et in sacramentum sanctificati
onis: et de pontificio latius legitur .iii. luc
et .ix. Ad hebre. fere totum. De sacramen
to hoc notum est omnibus fidelibus quod my
sterio altaris ipsemet sacramentum est
quo sacrantur et sanctificantur digne ipsum
recipientes. Dedi ipsum in fedus sue ad de
um pacificationis sicut legitur expresse ysai
xlii. Dedi te in fedus populi mei propter quod

percussus est quemadmodum percuti solet gladio vel mortem animalis apud barbaros animalis inq̄ cuius morte firmabat inter eos pax aut amicicia propter quod de us pater dicit eiusdem. liii. propter scelus populi mei percussi eum. Sed quid in his immoror non est genus donationis q̄ ego in eo usa nō sum dedi enim eū in pignus humane assecurationis. propter quod dicit Augustinus Ipse est pignus certissimū nostre redemptionis. et si legeris Ysaiam diligēter. inuenies multos alios modos donationis Sicut est simul ubi dicit. Ecce testem populis dedi eum ducem ac preceptorem gentibus. longum esset enumerare solos modos qui apud eundem prophetam leguntur sicut q̄ datus est in lapidem angularem. ad fundamentum totius ecclesie dei. Sed istos modos enumeraui ut liqueat de iuris possessione et usu quem habeo in eo et habere me glorificor. Adeo enim ipsum possideo ut qui in me manet in eo maneat et ipse in eo sicut dicit Iohannes in. v. et qui me plenus est eo plenus sit dicit augustinus. Quomō alio q̄ deo plenus est qui charitate plenus ē. ego sum ignis quo omne sacrificiū coquitur quo omnis victima salitur. sicut legit Marci. ix. Omnis victima igne salietur. Sine me ergo et cruda et salsa sunt sacrificia. ego ignis quē in altare dei semper ardere precepit deus. hoc ē in corde humano. Qui eum enim dixit deus in Leuitico. Ignis in altari meo semper ardebit. ego sum ignis quo totum celum id ē omniū celestium miliciarum exercitus ardent. et hec non cōsumpta sine penalit sed ultra omnem admirationem suauiter sicut ait Greg. de apostolis. Quia primo modum per eius amorem suauiter arserunt frigore mortifero mortui extincti sūt ac gelidi quos ego nō calefacio. Nunc potes loqui laudes suas soror mea pietas. cuius laudes etiam mee sunt omnia enim ut supra dixi bona mea facio beniuolentissima cōmunione. Insuper et omnia bona in partem meam et ius cesserunt ut supra dixi.

D Init ergo pietas. Loquor laudes meas sine inuidia et detractiōe sororis mee beniuolencie cui nec inuidendum ē nullatenus nec detrahendū Cum eius bona omniū sint et omnibus cōmunia q̄ntum in ipsa ē. Dico ergo q̄ mala porcio mea sunt. et in ius meū cesserūt sicut bona. et in ius et partem sororis mee beniuolencie seu cōmunionis. Q̄ si dicens quia ergo infernus de parte tua ē. Respondeo q̄ nō. quoniam infernus nō est malus immo valde bonus et diligendus propter quatuor. Primū quia est pars domus regie et regalis pallacii ipsius regis regum Carcer enim pars ē domus regie valde necessarius. Ibi enim fures raptores et latrones. et omnes alii malefactores vincti et compediti detinentur et arctissime custodiuntur ne alius ulterius noceant. A 53

Secunda causa ē quia formido est q̄ vulgo dicitur expauentaculum deterrens eos qui male agere vellent ne illud opere impleant timorem seruilē eis incuciens et cohibens manum nō autem animum ex toto. Manet enim in huiusmodi hominibus sicut ait Ambrosius peccandi voluntas. et sequeretur opus si speraretur impunitas hoc ē ut vulgo dicitur expauentans malū quemadmodum ribaldi dicunt de patibulo quod vulgo gybetum dicitur. Sicut enim ipsi ribaldi licet irrisorie ipsum nominant videlicet expauescens eundem quem vulgo maluesonie vocauit. Hoc ē barbualdus qui paruulis ad terrorem ostēditur. Etiam de quo matres et nutrices paruulis minātur quod eos deuoret si fecerint hec vel illa. Barbualdus enim vulgari gallicano dicitur figura vel pictura terribilis q̄ matres et nutrices utuntur ad paruulos deterrendos. q̄ necessarius ergo sit infernus cōmunitati hominū ad deterrendū eam a malo. manifestū est per hoc. hac ergo de causa diligendus. Tercia causa est. quia innumerabiles peccatores ad penitenciā terrore suo compellit. et ipsa peccata de cordibus eorum expellit sicut legitur ecclesiastes primo. Timor domini expellit peccatū Quemadmodum et magni in timore subito et magno a febribus interdum curant Si peccatores ab ardore carnaliū et secularium desideriorum plerumq̄ liberantur. sicut supra ostendimus in laudibus timoris. Quare manifestum est q̄ infernus diligendus est ut medicina salutaris. febres carnalium et secularium desideriorum extinguens et expurgans. Si quis autem dicat ex precedenti causa diligendus ē ut medicina preseruatiua et ex hac in qua sumus ut medicina curatiua. nō inconuenienter hec dicit. Quarta autem causa propter quā diligēdus ē hic. quia oēs dei iniurias et cōtumelias vindicat. et deum de omnibus ini- C

mids fuis. Non est ergo diligendus solū modo ex amore iusticie. Hoc est q: instrumentum est et locus iustificationis malorum et vindicte sed etiam ex amore sincerissimo quo deus diligitur Si quis enī regem aliquē ve diliget seruum illius q omnes iniurias et contumelias eius vindicaret. et de omnibus inimicis eū perfecte vlcisceretur non solum diligeret sed charissimum haberet Quia ergo infernus hmōi dei seruus ē. merito ab amicis dei diligēdus est. Apparet ergo ex istis quatuor nō ad me sed magis ad sororem meam beniuolencia in infernum pertinere. Or si dicerit quis et mala dyabolica ad me pertinent. et quia miserandū est eis qui in tanta miseria positi sunt. Respondeo q non Iimitata enim est miseratio et forma prescripta miserendi in. vj. Luce vbi dictū est Estote misericordes ec. Quibus ergo pater misericordiarum non miseretur, mihi non est miserandum. Quod dico et de oībus dampnatorum. salua pace eorum qui dicunt suffragia pdesse dampnatis. Mala ergo hominū mala mea sunt. siue sint mala culparum siue sint mala penarum. Sicut enim soror mea beniuolencia communio est bonorū sic et ego cōmunio sum malorum, et mea sunt re uera mala omnia huiusmodi. Et inter mirabilia mea hoc p mirum mirum est. q de malis aliorū ego bona sum. et per omnem modū verbi gracia. De aliorum sordibus ego mūda sum et eis lauo: liniuiā faciens ex cinere qd ipi peccatores sunt. sicut dicitur in Psal. Cinerem tanq panem manducabā. vbi dicit Gregori9. Cinis ille peccatores sunt
D cinis et reliquie sunt incēdij ardoris alicuius et concupiscencie carnis oculorum et mundi. quas enumerat Johannes in. ij. pme canonice sue. Et de peccatore legitur in. q. sapiencie. Ignis est cor eius Ipsi ergo peccatores mihi mynistrant cineres.

Ego autem cor cōpassionis supereffundo et admisceo. et sic lachrimarum lasciuiam conficio in quibus assidue versor. Nō est ergo mirum si munda sum ex sordib9 eorū quia cineres mihi sunt. Et ppter hoc acumea salsedo et amaritudo liniuie de vulneribꝰ eorū vulneribꝰ meis sanitas peruenit. ministrat ei mihi qdā mō vinū cōpunctionis. quod est lachrime compassionis. quod dum illis compassionem infundo. pro dicet lugens supra ea. vulneribus meis sanitatem ppter hoc ipsum pcuro. Cor enim meum hmōi lachrymis in pmis infunditur et replicatur non solum ipa veritate sed etiam merito. quia sic apud deū vulnerum meorum mereor sanitatem. Attestante mihi veritate Mathei. v. Beati misericordes quoniam ipi misericordia consequentur. Sic se habet et de aliis infirmitatibus. Dum enim cum infirmis p compassionem infirmor: sicut faciebat apostolus in. xj. ad Corint. ij. Tunc fortis sum et potens efficior. Sicut de semetipo ipse testatr et quomagis sic infirmor tatomagis fortis efficior. Quod inde euidenter probatur quia magnitudo et vehemencia operationis indubitabile testimoniū est magnitudinis et fortitudinis non solum mee. sed etiam cuiusq alterius virtutis. Que ergo infirmatio huiusmodi scilicet compassionis ppria operatio mea, et proprius fontis mei riuus aut emanatio est. Quantomaior vehementiorq fuerit. tanto maiorem ac fortiorem me indicat esse et testatur. Eodem modo de superbia eorum ego humilior et generaliter de omni corruptione ipsorum et vicio. Puritas et incorruptio mihi accrescunt. Et hoc est quoniam liniuia lachrimarū tanto apud me redundat et copiosior et acutior amarior ad lauandum et purificandum aptior quāto vita fratrum seu pximorum mihi vl' visa vel audita fuerit impurior atq corruptior. Hec enim est natura mea mirabil' hec mirifica virtus. vt quāto in fratrib9 magis multiplicantur impuritas atq corruptio. tanto aqua ista fontis mei. videlicz aqua lachrimarum copiosior exuberet. Nemo enim dubitet quin pia corda tanto lachri- E
mis compassionis vberius affluant. quāto proximorum mala magis habundare vel conspexerint vel etiam audierint.

Ego de paupertate aliorum ditior. paupertate inq spirituali maxime. Inde enī crescunt diuicie mee. ymmo inde mihi accrescunt diuicie nanq mee compassionē sunt fletus et lachrime. Diuicie inq psentes future autem sunt consolationes et risus sicut ipsa veritas testatur Mathei. v. Beati qui lugent. quoniam ipsi consolabuntur. Et Luce. vj. Beati qui nunc lugetis quoniam ridebitis. Vniuscuiusq enī virtutis ppie diuicie sunt. psencia merita et futura pmia. Presencia autem merita sunt vniuscuiusq ppie operationes eius

F Quare manifestum est quia de pauperta
te aliorum ego ditor. Inde enim crescunt
diuicie mee tam presentes quam future. Ex quo
manifestum est. quia de meritis aliorum ego
mereor. et de dampnatione eorum ego premior:
quia ipsa dampnatio occasionaliter
auget mihi meritum. propter quod similiter
et premium. Sic de stulticia aliorum ego sa
pientior sum. Dum enim proximos meos
stulte agere conspicio prospicio vel audio.
Inde ego sapienter vel sapientius ago. quia
enim suscipit animas sapiens est. Sicut le
gitur prouerbiorum .xi. Ego autem cum stul
te eas agere video eas in animo compassi
onis suscipio. ego de perditione aliorum
lucror eo modo quo iam dixi. quia inde cre
scunt diuicie mee. ego enim in dei spiritu
alibus nundinis socia sum. solummodo
perdentium et mentes suas male venden
tium et perditiones eorum lucra mea sunt
sicut iam exposui. ego sola soluo antiquam
illam questionem vulgarem qua queritur
quis lucratur: quicquid enim mercato
res perdunt mihi negociantur ad lucrum
quicunque in suum negociantur ad lucrum.
B Non enim paruum lucrum est dolor com
passionis et luctus quem in suis detrimen
tis atque perditionibus socii mei faciunt. quan
tum autem valeant cuiuscunque precii sunt.
nouit sapientissimus deus qui pro eis dat
consolationes eternas. et risum intermina
bilem vt supra ostendi. ego sola porto one
ra aliorum et ideo sola impleo. legem ipsi
in parte ista que sola difficultatem habe
re videtur. Quod enim facit soror mea be
niuolencia communicando bona sua. et
aliis largiendo. Non solum leue est. sed
etiam iocundum atque suauissimum. Nihil
enim quam dare iocundius. sicut neque beatius
sed omnium oneratorum onera portare.
quod habeat difficultatem aut molestie do
lor in me compassionis et luctus eviden
ter ostendit. Hoc autem est vnum de mi
rabilibus meis. quia quanto maiora et plu
ra huiusmodi onera porto tanto velotius
curro Ipsa enim portatio onerum huiusmodi
non solum mea vehemens ambulatio est.
et etiam cursus. et in vnaquaque virtute si
militer se habet. Uniuscuiusque enim vehe
D mens operatio cursus eius quanto que inten
sior fuerit. tanto cursus istius velotior.
Non enim aliter virtutes ambulant vel nos
per eas nisi operando. Nec alii sunt pas
sus vel earum vel nostri nisi operationes

quare augere vel intendere passus est au
gere vel intendere operationes quia ergo
ambulatio fortissima cursus est ingressi
bilibus interaibus. manifestum est. quia
operatio fortissima aut intensima cuiusli
bet virtutis cursus eiusdem est siue habens
illam. Est et aliud de mirabilibus meis in
cursu. quia quanto plura et grauiora onera
huiusmodi porto. tanto minus onerata sum
quam illi qui nullum ex huiusmodi oneribus
portant. hoc est qui peccantibus in nullo
compaciuntur omnium peccatis se onerat.
et penam occasionaliter pro omnibus pati
entur. Non enim frustra dixit spiritus san
ctus de quibusdam per Amos m. vi. Qui
nihil compaciebantur super contritione io
seph. Oblata enim materia compassionis
nisi compassio impendatur. indubitanter
peccatur. Quare manifestum est cum omni
bus peccantibus compaciendum sit. qui
nulli compaciuntur. omnium peccatis occa
sionaliter onerantur. et qui minus compaci
untur minus se exonerant et qui amplius
compaciuntur amplius se exonerant. Cum
ergo ipsum portare onera aliorum compas
sit sit. manifestum est quod dixi: quia quan
to plura et grauiora et huiusmodi onera
porto, tanto minus onerata sum. Quare
onerando me exonero ex quo etiam aliud
bonum mihi prouenit vt per ipsam rationem
dati et accepti hoc est communionem que est
iusticia spiritualis hierusalem vt dicit Augu
stinus. Omnia onera mea portantur ab
omnibus electis. Quare manifestum est
me mirabiliter exoneran per huiusmodi
portationem onerum. Si enim vnusquis
que eorum non portaret nisi pondus vnius
pili de omnibus oneribus meis mihi tan
tundem portandum remaneret. Omnes I
ergo socios portatores onerum meorum
habeo quia omnium et bonorum scilicet
et malorum onera scilicet quantum mihi da
tur per compassionem porto. Sequitur et
et hoc aliud non minus mirabile. quia quan
to mala aliorum mihi magis assumo ma
gisque mea facio. tanto ab eis magis mun
da magis libera magisque immunis rema
neo. Ue insipientibus quibusdam qui non
fratrum onera portare. sed propria magis
fratribus onera imponere ad portandum
studiosissime curant. singulatim eos rogan
tes vt adiuuent eos ad portandum one
ra sua. Hii de propriis humeris propria
onera deponere. et fratrum humeris illa

apponere intolerabiliter laborant. medi
cantes orationes et alia suffragia ab eis
qui ea que alijs per semetipsos debent et
soluere vix sufficiũt. huiusmodi homines
fratres pene importabiliter oneratos am
plius onerare conantur. vt semetipsos ex
onerent cum officium meũ sit. ymmo chri
sti lex fratrũ onera de humeris alioꝝ assu
mere ⁊ ꝓprijs apponere. Sicut dicit apo
stolus in. vi. ad Galathas dicẽs. Alter al
terius onera portate ⁊ sic adimplebitis le
gem christi. Et ipse christus dominus one
ra peccatorum nostrorum in ligno crucis
portauit. sicut dicit petrus in. ij. pme. Pec
cata nostra pertulit ĩ corpore suo super li
gnum. hmõi ergo non legem xpi iuxta te
stimonium apostoli sed contrariam legẽ
antichristianam scilicet implere videntur
⁊ xpi non christiani sed antechristiani esse
k Si enim oratiões et alia suffragia a san
ctis petenda sint vtpote necessaria ac salu
berrima non tamen ita onerandi sunt spi
ritualibus suffragijs. vt iam susceptis offi
ciorum suorum oneribus et illis non suffi
ciant. quod enĩ religiosi tanta multitudine
psalmorum ⁊ psalmodiarum ex ipsa sue ꝓ
fessionis officio onerati sunt vt spiritualia
suffragia nisi per pauca aut modica petẽ
tibus impendere sine detrimento alioꝝ
non possint Quapropter cũ modestia mul
ta ⁊ compassione aliorum petenda sunt a
viris sanctis suffragia sua. videlicet vt nec
seipsos vltra modũ grauent nec alijs quo
rum debitores sunt taliũ fiat aliquod de
trimentũ. Dicam autem in hoc aliud mi
rabile. quia nõ petendo ꝓpter dictas cau
sas a sic oneratis hmõi suffragia illa ego
obtineo. et hoc est quoniam ꝓpter xpum
dominũ illa dimitto parcendo scilicet ꝓ
pter ipsum fratribus ꝓpter dictas causas
Quia ergo qui dimisit agrum ꝓpter xpm
centuplum hic recipiet. et in futuro vitam
eternam sicut ipse dicit multo ciens in euã
gelio. Quãto fortius ista suffragia nõ amit
tit. qui ea ꝓpter christum et ex compassio
ne fratrũ sic dimittit. Ergo dicit pietas nõ
alia suffragia mendico. ymmo meã tota
l largitate impendo. Non onera mea hu
meris alienis impono ymmo econtrario
aliena onera mẽdico. vt ea portem pecca
ta a fratribus peto quecunq; bona ha
bent eis dimitto. Noua et inaudita peti
tio mea que a fratribus vt de peccatis lar
gam portionem. et si posset fieri vt tota ea
mihi tribuant peto. Et cum dare volunt.
furor ea ⁊ rapio multis enim nescientibꝰ
⁊ etiam inuitis atq; renitentibus peccata
eorum mihi assumo. ⁊ humeris meis por
tanda impono. Sed eo modo quo xpus
dominus ea portare me docuit. quod est
dolendo lugendo ꝓ eis orando elemosy
nas faciendo et ipm possessorem meũ di
sciplinis penitencialibus affligendo. Hec
sunt ve onera fraternorum peccatorum a
quibus humeri mei nunq; vacant in hoc
euidenter eius vestigio xpm dominũ sequor.
qui bona nostra nobis om̃ino dimittens
mala nostra sibi assumpsit quatenꝰ decu
it et fas fuit. et hec ẽ saluberrima societas
quaz vulgo deus fecisse dicitur. Quia au
tem genus hominum qui boni habentur
et tamen que sua sunt in parte illa solum
modo querere videntur. qui bona aliena
sibi dari cõmunicari studiosissime petunt
⁊ mala eorum eis omnino relinquunt. in
super et mala sua et onera peccatorũ fra
tribus dare ⁊ cõmunicare paratissimi bo
na sua absq; vlla diminutione sibi retine
re volentes. ⁊ hec est dyabolica societas.
Nullus enim adeo nequã ẽ inter dyabo
los qui non hoc cuiuis homini faceret li
bere videlicet qui nõ cuicũq; homini ma
la sua libenter daret. ⁊ de bonis eiusdem
si quid posset libenter minueret vel aufer
ret. De bonis vero quecunq; habet nulli
hominũ aliquod libenter impartiret ver
bi gracia. De astucia sua de sciencia quaz
habet eminentissima. et alijs bonis natu
ralibus suis que si lesa sint ⁊ obtenebrata
in eo per maliciam non tamen penitus ex
tincta Et hmõi verba cuidam viro sancto
nos meminimus respondisse cum de ta
libus nobiscum ageret et conferrat. Ego m
sum comes vnica defunctorum teste Am
bro. Ego sum q̃ ex vno semine duas mes
ses colligo sicut testatur apostolus in. iiij
ꝑme ad thymotẽ. dicens. Pietas hec pro
missionẽ vite que nunc est et future. Ego
sum que ad omnia valeo. sicut ipsemet si
bi contestatur dicens. pietas ad om̃ia va
let. Ego sum quem ipse deus prefert et pre
elegit omnibus sacrificijs in. vi. Osee di
cens. Misericordiam volo et non sacrifi
cium. Ego sum cuiꝰ vnus ex fructibꝰ vniũ
q; ex operibus vnusq; fontis mei riuulꝰ.
elemosyna est que animam a morte libe
rat et non ire sinit in tenebras. Sicut legi
tur Thobie. iiij. Ipsa est redemptio vniuẽ

cuiusq; peccatoris. Sicut legitur prouerbi-
orum.xiiij. Ipsa est redemptio iniquitatis et
n peccatorum Sicut legitur danielis.iiij. Ipsa
ē custos gracie in homine. Sicut legitur.
xxix. Ecclesiastici. Ipsa ē sicut sacculus pecu-
nie nostre redēptionis. Sicut ibidē legit
hus verbis. Elemosyna viri quasi saccul⁹
cū ipso et graciā hominis quasi pupillam
oculi cōseruabit. Ipsa protegit sup omē scu
tū et pugnat et pugnat pro datore suo sup
oēm lanceā ꝯ inimicū suū. sicut ibidē legi
tur hus verbis. Super scutū potēcis et su
per lanceā aduersus inimicuꝫ tuū pugna
bit. Ipsa ē dissoluens gelicidiū peccatorū.
sicut legit Ecclesiastici iij. Unde cantat ec
clesia. sicut aqua extinguit ignē. sic elemo-
syna extinguit peccatū. Ipsa est que mun-
dat omnia sicut testatur veritas ipsa Luce
xj. Quod sup ē date elemosynā. et omnia
mūda sunt nobis. Si tante sint virtutes ꝛ
tantū fructus vnius ex opibus meis. quid
de me ipsa senciendū Ego hospitalaria in
ipso celesti palatio loca distribuens et assi
gnās vnicuiq; qui illic recipitur. sicut legi
O tur Ecclesiastici.xvij. Omnis misericordia faci-
et vnicuiqꝫ locum scḋm meritum suum ꝛc̄
Ego volo habere omēs remissiones. om
nes indulgēcias; ꝛ mihi omnes debentur
ꝛ habeo inde litteras euāgelicas duo pa
ria ymmo tria. Primum mathei.v. Beati
misericordes quoniā misericordiam cōse
quent. Secunde sunt in.vj. Luce. In qui
bus dicitur. Dimittite ꝛ dimittetur vobis.
Tercie sunt.in.xviij. Mathei quod totum
de remissionib⁹ ē. Expresse enim ibi legitur.
Quia vbi ego nō sum oēs remissiōes su-
as ꝛ absolutiones reuocat deus. seruo ei
qui conseruo suo dimittere noluit qui in
ipm peccauerat dicitur ibi. Non exibis in
de donec reddideris nouissimū quadran
P tem. Ego volo libera esse ab omi cruce pa
tibulo et tormento in futuro. ꝛ hoc ē quo
niā omnia hic pro compassionē sustineo in
presenti. Quis enim patitur cui ego non cō
paciar. Sicut dicit apostolus de seipso in
xij.ij.ad Cor. Quis infirmatur ꝛ ego non
infirmor. Ego sola pfecte penitenciaꝫ ago
que non solū de peccatis meis satisfatio.
sed etiā de alienis. ꝛ propter hoc plenā libe
rationem ac restitutionē preteris mereor.
et mihi super omnes debetur. Ego de
fetore mortifero. videlicet fetore mortuo-
rū non mortem aut egritudinem incurro
Sed potius augmentum inde salutis ac-

quiro. fetor mortuorum infamia est peccato
rū quā quociens detractores velut nuncij
superne mortis thuribularij infernales ma
nibus meis ingerunt non risum mihi sed
luctū inde potius mihi facio. Et hoc qdeꝫ
dignū et iustū. et humanitatis congruen
tissimū officiū plorare sic mortuos ridere
aūt vel non irridere eos. non nisi dyabo-
lorū ē. et furiarū infernaliū. a quib⁹ nisi
abest vt quē nisi fecere dolores Ego huius
modi mortuis semper aliquid suffragij im
pendo viso feretro vel sepulchro non ri
deo vel irrideo quod indubitanter dyabo
lice nequicie atq; crudelitatis ē. Sed ora
tiones statim pro mortuis illis ad deum
fundo et aqua benedicta lacrimarū mea
rum feretrū id sive sepulchrū spiritualiter
aspergo Sepulchrū enim anime mortue
corpus peccatoris est vt dicit. Augustin⁹
Non minus autē conuenienter et fere Q
trum accipitur et sicut insania intollerabi
lis esset viso feretro vel sepulchro literali.
vel ipso cadaueri mortui hominis ridere
vel irridere Sic et incomparabiliter mul
to fortius viso mortuo spirituali vel audi
to aut sepulchro seu ferretro hmōi. nō so
lum ridere vel irridere dementissima im-
pietas est. sed etiam orationē cōtinere in
consueta adhuc inter eruditos xpianos ī
humanitas iudicat. Ego sola huiusmōi
mortuis exequijs impendo. Ego solā no-
ui et meū proprium est officiū sic hmōi mor-
tuos funerandi. Ego ad exemplū domini
saluatoris non cum in sanguine corporis
possessoris mei. sed etiam in sanguine aie
ipsius lauo sordes peccatorum fraternorū.
dum super eos ploro velut enim sanguis
animarum lachrime sunt vt ait. Jeroni.
Ego crux in dei moneta siue nummisma
te sicut soror mea beniuolencia ymago re
gis celorum est in eadem. Ego crux preio
sa ymmo aurea dum ad omnia valeo vt
dicit Apostolus. Crux enim corporalis di
scipline seu maceratiōis crux lignea vel fer
rea est dum ad modicum valet exercitatio
corporis sicut dicit Apostolus in .iiij. prime
ad. Thymo. ego crux dn̄i nostri iesu xpi
vera et propria quā nullus portat nisi in-
nocens et ea que non rapuerit exoluens
ad exemplum ipsius. Ego crux aurea seu
preciosa q̄ i solēnib⁹ processiōib⁹ virtutū cho
ro precedo cū aqua benedicta lachrima-
rum mearum. Iuxta illud misericordia et veri
tas precedunt faciem tuam. Aqua illa de

nedicta lachrimarũ mearũ ego aspgo an
te me et circumquaqꝫ oculos sicut de xpo
dño legitur ysaie.lij. Ipe aspget gẽtes mľ
tas. Sic τ ego aspgo illa aqua benedicta
omnes illos ꝓ qbus lachrimas cõpassio
nis fundo vt breuiter multa colligã. Ego
in elementis aqua nõ solũ aspsionem et
ablutionẽ quã dixi sed etiã ꝓpter munda
tiones largissimarũ erogationũ quas fa
cio. Instar enim fluminis inundantis lo
ca humilia et vacua arca me repleo. id est
pauperes. vt fiat equalitas vt dicit Apo
stolus in. viij. ij ad Cor. similiter τ ꝓpter
emunctionẽ peccatorꝫ quaꝫ dixi merito a q̃
sum. In liquoribꝰ oleũ. ex quo et nomen
habeo grecũ quo voco: oleos. Oleos enĩ
grece misericordia latine. In arboribus oliua
que de amaritudine corticis in pabulum
luminis in medicina vulneris. in refectio
nem cõsurgit societatis. τ si enĩ hec forori
mee beniuolencie cõpetunt videlicet esse
oleũ τ oliua. Ex alijs tamen causis hoc
est mihi vero ꝓprie ꝯgruit amaritudo ra
dicis et corticis q tota in amaritudine suꝫ
vt amaritudines alienas vel leniã vel dul
corem mihi cõgruit medicamentũ vulne
rũ que dolores nõ solũ vulnerũ spiritua
liũ sed etiã corpaliũ τ omnes affectiones
corpales cõsolationibꝰ meis mitigo τ ple
niqꝫ sano. Mihi ꝯgruit pabulũ luminis τ
lumen gracie indigentibꝰ merito quod vľ
desolatio vel afflictio extinguet et vľ penu
ria victus spũalis aut corpalis. sic enĩ ipm
panẽ verbi dei distribuo audientibus ad
refectionẽ τ consolationẽ animaruꝫ. sicut
alimenta corpalia paupibus mihi specia
liter refectio societatis compet. Quia et
spirituales et litterales paupes a me victũ

S qs reficiunt Ego in coloribꝰ nimirum
sue vermiculus in lapidibꝰ elitropia. co
lorẽ quidẽ viridissimꝰ. sed stellis et guttis
sanguineis aspsa dicitur elytropia quasi
solem conuertens. Ego aũt solem iusticie
quanticunq ira in iustissimam a pecca
toribus auersum ad eosdem conuerto in
cessanter dicens ei. Conuertere dñe vsqꝫ
quo et depcabilis esto super seruos tuos
Ego stellis et guttis sanguineis rutilo. qa
sanguine fraterno ꝫ vulnerũ ꝓ compassio
nẽ incessanter me castigo. sicut et christus
dominus de seipo dicit ysaie.lxiij. As
persus ẽ sanguis eoꝝ sup vestimẽta mea.
Sanguis ergo peccatorꝫ qui ipos pecca
tores inquinat et deturpat viro:em meuꝫ

stellari rutilancia decorat. ego in medici
nalibus cõfectionibus vngentũ suauissi
mũ ac p̃ciosissimũ quo pedes saluatoris
maria magdalena vnxisse legitur Luc. vij
Me enĩ ꝓpe sagittauit illud vnguentuꝫ q
xpi pedes misticos laborantes hic et affli
ctos intus et extra velut vngẽs refitio. In
electuarijs restauratiuũ. Per me enim at
tenuati. τ ab humore gracie diuine arefa
cti ad p̃stinam gracie plenitudinem atqꝫ
pinguedinem restauratur. ego vitis vinũ
lachrimarũ compassionis ꝓferẽs. Ego in
vestibus lanea super alias animam hũa
nam magis fouens et suauius vestiens.
ego in officialibus seu ministris thesaura
ria in celo thesaurizans atqꝫ reponẽs om
nia quecunqꝫ vel relinquere vel dare vi
deo pauperibꝰ. Sicut docet veritas Ma
thei. vij. Thesaurorꝫ meorum custos fide
lissimus deus est sicut dicit Apostolus in
quarto scđe ad Tymotheum. De reliquo
reposita est mihi corona iusticie. quaꝫ red
dat mihi dominus in die illa iustus iudex
Ego quicquid de paupibus in gazophila
cium christi mitto. Manus enim pauperũ
gazophilacium est. vt dicit Augustinus.
Sum et elemosynaria cuius largitatẽ ne
mo sufficit admirari τ de hac loquor in ca
pitulo de mirabilium meorum in sequen
tibus. Ego in agricolis seminatrix. cuius L
ager est omis paupertas omnisqꝫ inopia
Semina vero sunt quecũqꝫ potuero ero
gare. Omne enim id quo fratres indigẽt
semen meum est. et dum illis eis erogo.
ipsum in eis semino messem inde duplicẽ
vt dictum est collectura. Ego in viribꝰ spi
ritualibus sensus sum minificus quo alie
na mala senciuntur. et propter hoc absqꝫ
me insensibilia sunt corda. τ ideo mortifi
cata vel mortua. ego coquinaria spiritua
lis frixuras optimas. et faucibus regis re
gum suauissimas adhibens mihi ignem
tribulationum suarum ferens. Ego vero
appono oleum. vt sic frixuras de ipso cor
de passionis mee facio et offero regi regũ
Peccata enim malorum frixorium iusto
rum vt dicit Augustinus. ego sola offero
sacrificium de sartagine. De quo legitur
Leuitici secundo. Nunqꝫ enim deest. mi
hi hic ignis fraterne tribulationis neqꝫ ole
um compassionis.

A Eniam autem ad mirabilia mea
60 v et dico in primis quia omnis pau
pertas. omnis fames omnis sitis
omne frigus et omnis indigencia. et oēs
diuicie mee. diuicie inq̄z vt predia. vt ager
vt vinee vt orti nō vt thesaurum. Uineas
enim semina et fructus reddūt mihi vber
rimos ac preciosissimos. Semino lapides
et ligna quod ē aliud mirabile in structu-
ris piorum edificiorum. ⁊ ex eis colligo ce
lestis habitationis perpetuam ac iocun-
dissimā habitationem. Semino nō solū
tritici aut aliud granū: sed etiam panem.
⁊ inde colligo panem vite panem delecta
mētum et omnē suauitatem saporis in se
habentē Sicut legitur Sapiencie. xvj. Se
mino vestes semino ignē calefaciendo in
de pauperes. Non tam planto vites aut
vineas q̄z etiam ipm vinum. Semino dū
xpi pauperes inde reficio. De hoc semine
torrentem voluptatis colligo ⁊ cellarium
indeficiētis plenitudinis inde recipio hec
ergo mirificencia mea. quod oīa q̄ ero-
gare possum semina mea facio. ⁊ mihi fru
ctificare compello. Ego feneratrix exa
B cutissima cuius vsurā nec deus effugit teste sa
lomōe i lib. puer. ⁊ dicēte. xix. puer. Fene
rat dn̄o qui miseretur paupi ⁊ qd̄ seq̄t eti
am quod seruū meū ipm efficiam. Eodē
salomone attestāte in. xxij. eiusdē. Qui ac
cipit mutuū seruus ē fenerātis. sed de hac
seruitute maiora locutura sum. Ego agri
colatrix mirifica. que de spinis colligo fi-
cus et de rubo vuam. De spinis enim fra
ternorum pctōrum pinguissimos fructus occa-
sionaliter colligo dū opa misericordie in
eos facio. sic et vuam de rubo vindemio
dum aculeatis ⁊ aculeosis peccatoribus cō
passionem lacrimosam occasionaliter ca
pio opera misericordie velut ficus sunt ce
terisq̄z operibus pinguiora magisq̄z refi-
ciencia comedētes sicut ficus literales ce-
terisq̄z fructibus pinguiores sunt et magis
reficientes comedentē ⁊ sicut ficus ceteris
arboribus vberior ē in fructibus. sic operū
misericordie maior vbertas ⁊ copia ab ele
ctis requiritur. et euidēter ostendit discet-
ptatio illa que faciēda ē in iudicio de opi
bus mi̅sc̅die. Sicut legit̄ mathei. xxv. Acu
liati vero ⁊ aculeosi siue pctōres homines
scandali maxime accipiēdi sunt q̄s nemo
tāgere audet ⁊ q tetigerit nō sine vulnere
ab eis recedit. Uua vo ē q̄ cū miseratiōis
tributio siue elemosyna fit siue oratō dū

mō fuerit lachrimosa ⁊ propter vinum la-
chrimarū vuā maturā dicimus. Ego
vt dixi elemosynaria sum in palacio regis C
celestis videlicet in domo dei. vbi p̄ cōsue
tudinē aliorum elemosynariorum nō portionē
certā. id est decimā vl' aliā solūmō habeo
ad erogādū. cū erogare i pios vsus. imo
oīa. ⁊ quod ē vltra oēm admirationē co
gitatū. ipm regē celorum ⁊ dn̄m seculorum ego
vendidi p redēptiōe captiuorum meorum.
Ego coxi eū in clibano passionis eiusdē
p refectione pauperum ⁊ famelicorum meorū
Ego assaui eū i veru crucis tāq̄z agnū pas
chalē ⁊ imaculatū p eadē refectiōe sicut ei
dr̄ sūp exo. Agnus assus xp̄s passus. Quid
aūt ista coctio siue assatio. sic in tractatu d
sacramētis in caplo d sacratissima eucha
ristia plene exposuimus ⁊ declarauimus isto
rū mirabiliū fides ipa pia atq̄z veridica. te
stis ē de hoc aplūs in. vj. pme ad Corin. Em
pti estis p̄cio magno. ⁊ pe. in. j. pe. nō cor
ruptibilibus auro ⁊ argēto redēpti estis de
vana vr̄a querfatiōe. sed sanguie q̄si agni
incōtaminati et imaculati hiesu xp̄i. Nō
pecu a patre mis̅c̅diarū thezauros alios.
ipm vnigenitū eius pecuq ⁊ obtinui. ⁊ ipm in
elemosynā mō dedi. nō solū vt panē i re
fectionē famelicorum sed etiā in redemptio-
nē captiuorum ⁊ morti eterne addictorū.
Propter quod in Psalmo dicitur. Redē-
ptionem misit dominus populo suo. ⁊. j. D
ad Cor. Qui factus est nobis a deo
sanctificatio ⁊ redēptio. humanitas eīm quā
p salute generl humani assūpsit q̄si saccus
pecunie redēptiōis eiusdē fuit sic legit̄ ec-
clesiastes. xix. sit ⁊ puerb. vij. sacculū pecu-
nie secū tulit abijt via lōngissima. humani-
tas ei ipa velut saccus panē vite id ē dei fi
lium intrasse absconditum continebat. et
velut pecuniam ⁊ precium redemptionis
tocius mundi. Insanus autem populus
iudaicus velut multitudo canum rapido
rum patre non cognito. saccum concidit
atq̄z discerpit. et illud comedendum gen-
tibus reliquit. Sic et thezaurum qui erat
mundi precium in hoc sacco absconditū:
non videns ad cidendum ipsum saccum
totum se contulit et thezaurum illū inpre
ciabilem perdidit. qui postmodum in re-
demptionem gentiū. ⁊ partem istius po-
puli cessit. propter quod ⁊ ipsemet dicit in
Psalmo. Concidisti saccum meū. id ē con
cidi pmisisti vulneribus passiōis. ⁊ circūde-
disti me leticia. gl'iose videlz resurrectiōis

Hic est saccus benyamin in quo inuent⁹
est cyphus argenteus .i. e saliter dei filius
graciarum et gloriarum populi redundā
tissimus in quo p̄terita omnia presencia ꝛ
futura maxime conspiciuntur. In eo em̄
sunt omnes thezauri sapiēcie ꝛ sciēcie dei
absconditi. Sicut legitur in .ii. ad Colos.
Iste saccus quo rex niniue indut⁹ fu-
isse legitur. vt huius iiatione sua ciuitatem
suam liberaret ab imminēti subuersione.
Sicut legitur Jone .iii. Ipse ergo dei fili⁹
elemosyna mea est. quam in sacculo isto
reposui vel potius est saccus ꝛ in eo ipe fi-
F lius dei absconditur⁹: elemosyna vna mea
est quem celi capere non possunt quam ꝛ
ego in vna parua elemosynaria sed tamē
pulcherrima atq; p̄ciosissima videlicet be
ata virgine genitricis ipius. ipo die annū
ciationis ipius imposui. ꝛ ipo die natalis
ipsius illam inde abstraxi ad multiplices
necessitates pauperum meorum. In die
ho sancte parasceue illam in prenomina-
tos vsus famelicorū pauperum non tam
expendi q̄; etiam suspendi. Q; autez ego
ipm hominem fecerim exp̄sse dicit Augu
stinus super illum versum psalmi. Mise-
rere mei deus scdm magnam misericordi
am tua. vbi dicit magna dei misericordia
que deum celo deposuit. et carne induit.
Si phas est dicere. Ego ipm regem secu-
lorum ꝛ dominū. Ego in seruitutem eum
redegi. ꝛ hac vite in ipo multipliciter vsa
sum videlicet vendendo obligando velut
pignus et obsidem ꝛ omnia etiam opera
seruitutis mee illi imposui. quia ipm ꝛ mi
nistrare mensis. et lauare pedes seruorū
dei ipm feci sicut ipa euangelica testat hy
storia. Q; obsidem et fideiussorem illum
p humano genere posuerim. Apparet ex
eo quod legitur Ecclesiastici .xix. Graciaz
fideiussoris ne obliuiscaris. dedit enim p
te animam suam. pp̄ter hoc velut obses
et fideiussor in die parasceue captus est et
ligatus et in vinculis positus. Ibi enim fi
deiussit siue spopondit p emendā nostre
excōmunicationis soluenda pp̄ter quod
et illa die solēpnes sunt in ecclesia dei vbi
q; absolutiones Fide iussore enim posito
ꝛ recepto pro emenda excōmunicationis
statim excōmunicatus absoluendus est ꝛ
de consuetudine vbiq; absoluitur. Sic et
christo domino pro nobis obside posito.
capto atq; ligato absoluendi eramus ab
excōmunicatiōe illa magna qua a dei cō

sorcio ꝛ omnium sanctorum separati eram⁹ G
Memor igitur huius magne absolutiōis
celesti magisterio edocta christi ecclesia.
absolutiones illas solempnes illa die fa
cere cōsueuit. Ego feci eum pastorem oui-
um mearum. ipso attestante in .x. Johan
nis. Ego sum pastor bonus. iterum. Qui
intrat per hostiuz hic pastor est ouiū. ego
feci eum custodem totius populi mei. qui
nec dormiet neq; dormitet. Sicut ipse spi
ritus sanctus in psalmo testatur dicēs. Ec
ce nō dormitabit neq; dormiet qui custo
dit israel. Unde enim ei ista dignatio.
vt tam vigilanter tanq; sollicite custodiat
israel nisi ex me. Quid plura. Ego eum lo-
torem siue lauatorem sordium omniū spi
ritualium eum feci. propter quod ipemet
dicit ad petrum Johannis .xiii. Si nō la
uero te non habebis partem mecum. Pe
trus vero intelligēs tunc ipsum hmōi of-
ficiū suscepisse. videlicet lauationis. Sta-
tim respondit. Non tm̄ pedes sed et ma-
nus et caput. De hoc iohannes in primo
Apocalipsis. Qui dilexit nos et lauit nos
a peccatis nostris in sanguine suo. quid
est a peccatis nostris nisi a sordibus spiri
tualibus. Et mirabile ego feci. videlicz de
sanguine eius lixiuiem in quo q̄ntū ama
ret deus mundiciaz humani generis quā
V illa vel detrahant vel tristicie ingerant.
Manifestū aūt ē quia viro veri nominis
hoc ē in spūalibus erudito et pfecto ridi
culosa ē valde ymmo cōtumeliosa tpaliū
quantūcūq; magnorū oblatio. Est enī
quemadmodum oblatio pomorū aut nu
cū aut insigniorū sancti iacobi aut quem
admodū porrectio mamille. Quis enī vir
nō erubescat et cōfundatur. ymmo qs nō
reputet sibi cōtumeliā irrogari si ei iā ber
bato et in virili etate corporali constituto
offeratur pomū aut pirū aut nux aut insi
gniū sancti iacobi p magno munere aut
p suggenda pupilla eidem porrigatur.

Quis corpaliter vir nō moleste ferat
hmōi oblationes non irrideri se putet et
nō cū indignatione offerentē et oblata re
pellat. Quia igit incōparabiliter ma
gis sunt indigna virilitate spirituali quātū
libet magna temporalia q̄ illa minuta p
dicta virilitate corpali. Manifestum
est q; vir spiritualis virilitatis pfecte nihil
patitur temptationis ab huiusmodi obla
tionibus quātumcumq; improbe fuerint.
quātuscunq; suggestionibus suasionibus
consiliis pabulq; vallatis nisi irrisionem
contumeliam atq; molestiā. Propter X
quod dixim⁹ quia i hmōi certaminib⁹ fa
cilime paratur victoria. Debes autem sci-
re q paupertas hec in ipsis diuiciis amplio
ris glorie ē atq; pstancie. Iuxta quod legi
tur pverbio. xiii. Est quasi paup cū in mul
tis diuiciis sit. Et ex eo quod legitur. ii. ad
Corin. vi. Tanq̄ nihil habentes et omnia
possidentes. Et ex eo qd dicit Sen. Qm
magnus est et qui vtitur auro et argen-
to tanq̄ fictilibus nec ille minor ē qui vti-
tur fictilib⁹ tanquā auro et argento.
Huiusmodi enim vir dupliciter thesauri Y
zat diuicias et dupliciter negociatur in eis
bene enī administrādo hoc est in piis vsi
bus exponendo eas in celo thesaurizat. et
insup nō amando pecunias vel alias lau
des et victorias. Est enim sicut liliū in
ter spinas diuiciarū illesum et absq; vice-
re. sicut legitur Canticorū. ii. Et in medio
stercorū impollutus in medio aquarū ari
dus. In ipso vnco et hamo omnino liber et i
nullo detētus. In medio laqorū explicit⁹
et oīno incapt⁹. Sūt et alie innumere lau
des ipsius. Est et alia mirāda prudētia pau
pertatis isti⁹ q̄ scilicet retinent et seruantur
hmōi in orbe tpales diuicie et nihilomi
nus in thezauris celestib⁹ reponūt. Qui Z
enī ad pios vsus diuicias hic seruat et pie
hic nō dat dēs viscera sua. et indigentib⁹
eis non sinens p inopia vel animas pau
perū perire vel corpa. et in celo eas hic ser
uando reposuit. et tamen eas hic retinuit.
Corde enī ad quod deus respicit eas deo
obtulit. Et tamen actu et veritate penes
se eas retinuit. Miseranda cecitas aua-
rorum et cupidorum et pene nō miseranda

da pditio qui se simul et perdunt duz nec
seipos nec pecuniā possident sed. eam po
A tius se somipniant possidere a qua misera
65 biliter possident. Generaliter ergo sci
to quia pecunia pie retenta atqꝫ seruata.
iam coram deo expensa ē ꝛ eidem oblata
quod diximus ꝓpter quosdā qui sub pte
xtu pietatis impiissime seruant pecunias.
dum eas retinendo paucos egenos occi
dunt. Juxta illud Ambrosius. Nisi paue
ris occidisti aut si pauperū egenoꝝ mors
spiritualis vel corpalis nō sit eis imputan
da occurrere valentibus ꝛ nō volentib⁹.
Hmōi eniꝫ homines expectant vt fere to
tus mundus fame pereat. ꝛ hoc victualia
retinendo ipi inq̄ntū in eis est procurant
Quare egestas et afflictio pauperum
singulis eoꝝ ꝓ parte ꝛ rata imputanda ē
oīnibus autē simul sumptis tota ꝛ hoc est
qm̄ oēs insimul penuriā victualiū ꝛ egesta
tē pauperꝝ faciūt dū victualia eis cōicāda
abscondūt nec tā abscondunt q̄ꝫ etiā aufe
rūt. dum eis in tanta necessitate ꝛ indigē
cia debeant. Manifestū igitur ē ex hus
quia qui diuicias ad pios vsus seruant. ꝛ
etiam qui sincere in eis propter pios vsus
negociantur. iam eas sibi seruādo et reti
nēdo in thezauros celestes transtulerunt
pios autem vsus non solum pauperū ali
monias et sustentationes ecclesiarū ꝛ ali
orū pias edificationes beneficioꝝ ecclesia
sticoꝝ fundationes intelligim⁹ sed etiam
vxorū filiorum congruas prouisiones cuꝫ
ad dei honorem ꝛ gloriā et salutez referū
tur ipoꝝ. scilicet cum ꝓpter hoc negociat
quis ne vxor eius penuriā paciatur ꝓpter
quā apostataret vel blasphemet ꝛ adulte
ra efficiatur. Similiter et de liberis ne aut
i dei ꝯtumeliā veniāt aut i pditiōeꝫ ꝓpaꝫ
aut i psonā ꝓpa m nemo dubitare dꝫ qn
B iā deo pecuniā illā obtulerit. ꝛ qn deo illā
banc ꝛ non sibi q̄re in thezauros celestes
iam illam transtulerit cū deū ipius fecerit
possessorē. Si qs aūt querat de ꝯtem
ptu diuiciarū et fuga atqꝫ odio in qua vi
vnūquodqꝫ eorū sit remittimus eū ad ea
q̄ iam diximus vbi affectiones animarū
nostrarū nominauimus et numerauim⁹
Contempnende eñ sunt diuicie vt viles ꝛ
abhomināde vt stercora ꝛ fugiende vt pi
cula ꝛ odiende vt noxie ꝛ indignanduꝫ ē
eis vt indignis nobilitate nostra. ꝛ ꝓiciē
de vt onera ꝛ ita de alus. De quib⁹ omni
bus affectionibus non est difficile videre

que quibus viribus ꝯueniant aut in qua
carum vnaqueqꝫ hmōi affectionū sit.

Post paupertatis laudes. merito
sequuntur laudes humilitatis. cū
paupratez spiritus multi ex sacris
doctoribus humilitatem intelligant. sicut
apparet ex exposicionibus que sup. v. Ma
the. leguntur. Has autem non ex persona
humilitatis scribemus quia contra natu
ram humilitatis est laudes ꝓprias ꝑpalare.
re. Uerus humilis et laudes suas audire
refugit et auditas erubescit. Et sicut Bea
tus Bernardus dicit. Uere humilis non
vult videri humilis sed vilis. Huius er C
go primam laudem ponimus ipses lau
des fugere. quas quidem fugit vt virus
sibi mortiferum vt sagittas mellitas. que
indubitanter iuxta litteram venenate sūt
Hmōi sagittis transfigitur ꝛ occiditur hu
militas In plerisqꝫ fugit eas vt sermones
fascinantes quib⁹ reuera paruuli adhuc
spiritualiter verissime fascinantur. Sicut
enim vetule dicunt vel paruulos fascina
ri quorundam hominum vel mulieꝝ lau
dibus. Ad litteram. Sic verissimum ē. q
qui adhuc nondum viri pfecti sunt. ſꝫ spi
ritualibus viribus ac sensib⁹ paruuli sūt.
laudibus hominum fascinantur. hoc est
onerantur et grauantur vsqꝫ ad defectuꝫ
spiritualem. Et hoc est quod legitur Sa
piencie. iiii Fascinatio nugacitatis obscu
rat bona Et quēadmodum paruuli audi
unt se laudari dum dicitur eis a vetulis ꝛ
reminiscant ur fascini credentes q̄ huius
modi rememoratio defendat eos a fasci
no. Sic dicendum ē ꝛ paruulis spirituali
bus: et incomparabiliter fortius q̄ꝫ scdm
veritatem indubitatam. vt quociens lau
dantur vel laudes eorum recitantur fasci
ni illius reminiscantur. Qui eñ tanti mor
bi tantiqꝫ periculi illa hora reminiscitur.
Humilitatem suam in tuto ponunt vt eti
am alias virtutes et hoc est quoniaꝫ lau
des ipas vt noxias et tam periculose fasci D
nantes reijciunt. Iterum fugit eas ve
re humilis. vt rethe expansum gressib⁹ su
is quod rethe frustra iacitur ante oculos
pennatorum. hoc est cordium virtutuꝫ le
uitate atqꝫ agilitate preditorum. De hoc
rethe. Prouerbiorum vicesimonono. ho
mo qui blandis fictisqꝫ sermonib⁹ loqui
tur amico suo quasi rethe expandit gressi
bus suis. Heu quot sunt qui in hmōi
rethibus capiūtur ꝛ qd̄ ē maioꝝ demens

ipsos huiusmodi piscatores dyabolicos
magnis donares remunerāt ꝛ honorant
et hmōi recia p̄cijs incōparabilib⁹ emūt.
Nihil aliud enī ab adulatoribus ꝛ lauda
toribus suis tanto p̄cio munerum petunt
quā vaniloquia laudum suarū inde reci-
piant. Infelices ac dementissimi mercato
res qui mendacia ymmo chymeras tāz va
ne confectionis tam care emūt. hmōi ho
mines etiā chymeras ꝛ inopinabilia vo
care solemus ꝓ eo ꝙ in opinione homi-
nū et aliena ꝯfictione tm̄ consistūt. non re
E vel veritate ꝛ hoc qn̄tū ad mores ꝛ scien
cias etiā reputatione sua. Nihil enim se
esse reputant nisi ꝙ in opinione hominū
sunt in parte ista. Hoc ē nihil se scire vel va
lere nisi quod vel ipsimet de se sompniant
aut quod de semetipsis credūt alios som-
piare. Nō enī veritatem de semetipsis ꝙ̄
p̄sentem apud se habent videre vel etiā
intueri p̄ualent. Sed hoc solum de se cre-
dunt quod ei homines vel fallacit' sugge
runt vel aliter menciuntur. Quod intelle
xit poeta dicens. Plus aliis de te ꝙ̄ tu cre
dere noli. et ex p̄sona hmōi hominū dixit
alter. Scire tuū nihil est nisi te scire hec sci
at alter. ꝯ hoc Apostol⁹ Ad Galathas. v
Quicunqꝫ putat se aliquid esse cum nihil
sit ille se seducit. et iterū p̄me ad Corin. iij
Quicūqꝫ putat se scire. nōdum nouit. quē
admodū oporteat eum scire. Forsitan ei
hoc ē p̄ncipiū vere ac salutaris sapiēciaqꝫ
scientia nosse se nihil scire Et ad hoc p̄nci
F piū se attigisse gloriatus est plato dicens.
hoc solū scio quod nescio vel scd̄m aliam
litterā. hoc solū scio me nihil scire. Fu
git laudes suas vere humilis vt res alienas
ne furti reus efficiatur si eas admiserit. vl'
ad eas captandas quolibet mō corꝑ de-
sideriū extenderit quēadmodum thobias
cum offerret ei edus dixit. Uide ne furti-
uus sit nolens comedere de furtu vel rapi
na. Sic est soli auctori ꝛ largitori bonoꝝ
laus et gloria de bonis debeatur vt fur et
latro eas quicunqꝫ alius sibi vēdicat ꝛ de
furto et rapina comedit qui laudibus pa
scitur nisi in deū illas referat. sicut dicit in
psal. Gloriemur in laude tua. Qui autem
suas eas facit. hoc ē sibi approp̄at. furtum
ymmo sacrilegiū cōmittit in deū. laudes
enī omnes sicut et alias partes diuini cul
tus deus ip̄e sibi soli ꝯsecrauit. Sicut ipse
met dicit per ysaiam. xlviij. Gloriā meam
alteri nō dabo. neqꝫ laudem meā sculpti

libus. sed ꝛ omnem gloriam ꝛ laudem ei
confitetur omnis ecclesia sanctorum. die
ac nocte dicens. Gloria patri et filio et spi
ritui sancto. ꝛ iterum. Gloria tibi domine
et apostolus ad Romanos. xj. Ipsi gloria
in secula seculorum amen. ꝛ iterum in pri
mo. ij ad Thymot. Regi seculoꝝ immor
tali inuisibili soli deo honor ꝛ gloria in se
cula seculoꝝ. Nec consueuit ecclesia sctōꝝ
dicere benedicam⁹ homini vl' homini gra
cias. sed benedicamus domino Deo gra G
cias. Fugit igitur vere humilis ex humi
litate laudes quas de se p̄dicare audit. vt
furtiuas vt alienas a se vnde et ꝓpri⁹ ser
mo vere humilis est ad omnem sibi oblatā
vel de se predicatam laudem vade ad de
um. O tu laus non te admitto te repello.
et ad deum cuius ꝓpria es et iure singula
ri sua te transmitto. Ita quidem faciēdū
est. sed dicit Gregorius. Multos inuenie-
mus inanis glorie non cupidos sed obla
tā quis respuat. Fugit laudes huius
modi vt illusiones. Quemadmodum enī
dicit beatus Bernardus Quia omnis pur
pura illusiōis laus est. postꝙ̄ domino in
purpura illusum est. Sic et omnis laus il
lusio. Postꝙ̄ domino ihesu. ihesu illuso-
rie dictum est Aue rex iudeorum. Hoc au
tem facile est videre in peccatoribus cum
laudātur. Quid est peccator in via perdi-
tionis positus nisi fur qui ducitur ad infer H
nale patibulū ibi suspendendus. In
hac via si quis eum laudaret. Uel si quis
et cantaret aut cytharizaret. illudi sibi so-
lummodo reputaret. Similiter si quis ca
rolo laudes arcturi cantaret. nō se lauda
ri carolus sed magis irrideri cognosceret
Sic et viri sancti cum laudes quorumcūqꝫ
qꝫ bonorum hominum non suas sed alie
nas esse pro certo sciūt quantumcūqꝫ eis
laudantur aut predicantur. nō laudari se
reputant sed potius sibi illudi. Quemad
modum si quis laudaret parietem aut fe
nestram parietis pro eo ꝙ solis radiū pe
perisset. cum via tm̄ sit et instrumentum ꝑ
quā vl' per qd̄ sol radium suū transfundit
in domum. et ip̄e fatuus reputaretur ꝛ pa
ries seu fenestra si intellectū haberet tm̄.
illusionem laudem huiusmodi reputaret
Sic est ꝙ omniū bonoꝝ operꝝ solus de⁹
actor est et effector. sicut dicit Apl's in. xij.
p̄me ad Cor. deus ē qui opaꝰ oīa in oīb⁹
et ysaie. xxvi. Oīa opa nostra opat⁹ es in
nobis domine. ꝛ iterū apl's. ij. ad phyl. p.

Deus ē qui opatur in nobis et velle et pficere p bona voluntate. Nihil agit vl' pene nihil est nostrū in bonis opibus nostris. Quare nihil omnino laudis inde nobis
3 debet. Merito igit siue peccatores siue iusti sint q laudentur illusionē debent laudem pann ē hmōi reputare. Amplius. Si ve vanus hoc ē amator inanis glorie sic se habet ad vere humilē vt irrisio siue illusio ad laudē. erit ꝛ pmutatim. vt quemadmodū ve vanus ad illusionē. Sic vere humilis ad laudē ꝛ hoc ē quod querim'. Quare sicut ille sibi illudi reputat illusionibus ꝛ vituperationibus sic ve humilis se laudib' reputat irrideri. Ex quo etiam manifestum ē q sicut ille pascitur mendaciis vane laudantiū. sic iste obprobriis vituperantiū. Contrarioꝝ em̄ contraria esse alimenta necesse ē. hec humana laus scilicet panis ē mendacii de quo pverbio xx. Suauis ē hominū panis mendacii. ꝛ postea implebit os ei' calculo. Quia vo hmōi mendacia nō sunt nisi conficta siue sompniata opinata atq figmētata ꝛ ppter chymere. Dicim' q' hmōi homines miraculo qdā dyabolico pascūt chymeris ꝛ q hmōi laudes eis offerūt chymeras eis ad comedendum apponūt. Fugit etiam has laudes vt ignem vehementissimū. et fornacem ardentissimā quibus in puncto temporis consumit. quē deus nō protexerit sicut legitur pverbioꝝ. xxvii. Sicut in igne pbatur aurū ꝛ in conflatorio argentum sic homo probatur ore laudantium.

Quid ergo mirum. si timet humilis a facie tam terribilis ignis. multo frigore timoris dei trementes et cōgelantes optet esse quibus tanti ignes inueniūtur. vel q inter tam ardentes ignes versantur. Heu qt ꝛ quātoꝝ bona hmōi ignib' ꝯsumpta sūt scīciaꝝ scilicet ꝛ virtutū donoꝝ et grarū nec hoc aduerterūt. Timebat iob hoc q nec videre ignē hmōi ausus erat. Sicut ipsemet dicebat. xxxi. si vidi lunā incedentē clare. id ē famam meā absq denigratiōe seu obscuratione detractionis peruagari siue dilatari quam extinct' siue mortificatus ē cor de qui tm̄ ignem non sufficit sentire. Tanq incendiarii igitur ꝛ cōbustores bonoꝝ nostroꝝ fugiēdi sunt laudatores. Ve insanus atq dementcis nostris q tantope laborauim' vt bona nostra talibus pateant ꝛ exponant incendiis. Quod aristot. vidisse videtur dicens. Ad gloriam ē quod nec conscientie nullus festinat adē.

Accedit ad cumulū excecationis vl' excecrationis istius ꝛ q incēdiarii hmōi magnis mercedibus ꝯducūtur ꝛ ipsa incēdia in gentib' pcus compant. ve magnatib' in parte ista ymmo in dampnatione ista. q sacrilega impietate in subditos suos q fouere ꝛ defendere ab aliis omnib' tenētur p hmōi incendariis ditandis remunerandis omni crudelitate ꝛ omni fraude ꝛ omni dolo omniq iniquitate excoriant ꝛ mēbra xpi violenter expoliant ꝛ nuda dimittunt vt membra dyaboli induāt ꝛ operiant sed etiam exorment. Q si qs dicent q postq nō nulli hmōi laudes illusiões irrisiones seu ꝯtumelie sunt humilitas ergo non debet ista fugere ymmo amare et amplecti. Respondem' quia hmōi illusiones scilicet laudū si vt illusiones offerentur. Reuera vere ac perfecte humilis illas amplecteret. quēadmodum ꝛ ipus dominus cū illudebat ei dicēdo. Aue rex iudeoꝝ. Sed quia offerūt vt laudes. eas refugit. fugit eas vt venenū mortiferum sicut sagittas venenatas quibus humilitas necatur vt veneno. et letaliter transfigit. vt iaculis acutissimis. Fugit eas vt defraudatrices eterne mercedis p mercede se ingerentes sicut dicit veritas Mathe. vi Alioquin mercedē nō habebit apud patrem vestrū qui in celis est. ꝛ iterū. Amen dico vobis receperūt mercedem suam.

Fugit eas vt ventū extinguentē lucernam sanctitatis ꝛ gracie. quam qui hmōi venti flatibus exponit quid aliud q eam extingui querit. Fugit eas vt ventum auferentem ꝛ rapientem in longinquum de quo dicitur. Quia impii sicut puluis quem pcit ventus a facie terre. Quotiens eniz audit non vere humilis se laudari vel Rome vel Colonie corde illuc statim rapitur et transportatur. ꝛ hoc est qd legit iob. xxvii. De ypocrita qui totū agit causa vane laudis. tollet eum vent' vrēs ꝛ rapiet eum turbo de loco suo. huic vento verus humilis dorsum vertit a uertit ē se ab ipo ꝛ ideo ventus iste sequitur ipm.

Unde Gregorius. Hoc solum habet gloriosū humana gloria q amatores suos contempnit ꝛ diligit contemptores et vere vmbra ē vel vmbratilis ista gloria vl laus que fugit insequentes se. et insequit fugientes. Fugit hmōi laudes vt ventum turpissime deiicientem ex equo side

arce virtutum. Tanto quippe miles sancte milicie ascriptus huius venti impulsu turpius cadit quanto ipe ventus debilior. est enim velut mollis sephirus et sibilus auretenus susurriu vane laudis. Non enim est velut vehemens borealis flatus aut spiritus grandis et fortis subuertens montes. de quo legit .xix tercij. Regum Quemadmodum igitur miles ille quem in bastiludio ludentem ventus irruens in sterquilinium de equo deiecit perpetuo obprobrio habitus est. et irrisioni semper postea patuit hominum Sic et qui ex equo spirituali tam leui ne dicam impulsu sed sibilo deiicitur. merito perpetue irrisionis incurrit obprobrium. Fugit eas ut ventum eleuantem ad allisionem sicut legitur Job. xix. Quasi super ventum ponens eleuas allisisti me valide. Iterum quasi ventum et consumentem omnia bona graciarum sicut supra ostendimus. Iterum quasi ventum aduriginantem segetem virtutum. Et hoc est quod legitur Amos iiij. Percussi vos in vento vrente et in auruginem multitudinem ortorum vestrorum percussi id est percussi vos permisi. Iterum vt ventum mollem et dissoluentem atque eneruantem vigorem virtutum. Iterum vt ventum fetu dyabolico qui superbia est animas impregnantem. Sicut narrat ysodorus. Quod in insula quadam portu gallie eque austro vel fauonio impregnantur qui ventus fauonius antiquitus nominabatur quasi flatus vel fatus bonus. Est enim suauis vox laudantium non de ac perfecte humilibus. Iterum vt ventum eleuantem ad precipicium. De quo psal. Deiecisti eos dum alleuarentur. Ipsa enim eleuatio in superbia deiectio est et casus ab alto virtutum. de hoc prouerbiorum. xvj. Contritionem superbia precedit. et ante ruinam exaltabitur spiritus. Iterum vt ventum inflantem et strumam horrificam in animam humanam inducentem propter quod in sermonibus declamatoriis inflatores vesicularum dyabolicarum adulatores vocare consueuimus.

Fugit ea vt cantum syrenarum somnpnum periculosissimum inducentem. Fugit vt potionem somnpniferam soporificam quam nonnulli latrones porrigere solent eis quos occidere vel spoliare volunt. Unde et vulgari gallicano dicitur. Cum audit aliquis alium adulari modo soporat illum et ita parat viam dyabolo ad occidendum illum spiritualiter vel spoliandum propter quod adulatores tybicines vel tybicinatores dyabolicos vel etiam tubias vocare solemus Mos enim est magnatibus post sumptum cibum tibicinatores aduocare ad prouocandum somnpnum. vel ad hoc vt magis placitum illum faciant magisque quietum concentu huiusmodi tybiarum. Sic et dyabolus qui dormire et requiescere querit in cordibus suorum velut clauos et stimulos velut sonitum tubarum atque tonitruorum fugit sacra eloquia vanis aut laudibus et adulationibus velut tybiarum suarum concentibus soporatur et placide quiescat. Fugit eas verus humilis vt illusionem deceptorum. quomodo illudit adhuc pueris a nutricibus et matribus qui cum ceciderint. et se capite vel alio membro grauiter allisserint et vulnerati fuerint. dicunt ei. quam bene saltasti fili mi. et ita dementant eum et infatuant vt casus obliuiscatur. et vulneris dolorem non senciat et nec cecidisse nec vulnus accepisse se doleat. sed magis gaudeat se bene saltasse. Sic enim cum laudatur peccator in desideriis anime sue. et iniquus pro ipsa iniquitate benedicitur. quid aliud ei fit nisi quod casus in saltum et vulnus peccati mortiferum in saltum sublimem et factum egregium dyabolico ei prestigio transformatur. Similiter et qui gloriatur in malicia. quid nisi casum miserabilem atque turpissimum in saltum magnificum interpretatur et hoc non puericie insipiencia. sed puerilitatis demencia mente captus. Fugit eas vt maledictionem Sicut dicit Salomon prouerbio. xxvij. Qui benedicit proximo suo voce grandi de nocte consurgens; maledicenti similis est. Irrisor enim et maledicus similes sunt Uox autem grandis laus excedens mensuram meritorum hic intelligitur que vox non auditur nisi nocte mentis. id est in tenebris que veritatem videri prohibent meritorum; Unde socrates cuidam adulatori dixisse fertur. Nihil proficias adulator cum te intelligam. De hoc dominus Machabeorum. ij; Maledicam benedictionibus vestris et maledicam ipsis. Et quemadmodum Psal. dicit; Maledicent illi et tu benedices. sic mandauit econtrario intelligendum benedicent illi et tu maledices. Item fugit eas de humilis et horret vt viuus proprias mortis exequias et proprium funerationis officium. commendatio enim officium est mortuorum. et officium mortuorum incipere solet a placebo quod est verbum proprium adulantium. Placere enim querunt per commenta atque figmenta vanarum laudum. Fugit eas et horret vt propriam sepulturam viuus. Super enim verbum illud

Mathei.viij. Sine mortuos sepelire mortuos suos dicit auctoritas. Mortuus mortuu sepelit. cum peccator peccatori adulatur. Sepeliri igitur se patitur qui sibi sustinet adulari. Quare mortui corpo se cofitetur qui se sic sustinet sepeliri. Similiter q pcurat sibi impendi hmoi exequias pp quod sacerdotes dyabolicos 7 infernales adulatores plerumq3 vocamus. cum officiu sepeliendi mortuos dyabolicos sibi assumpserint. Sacerdotis quippe officium est mortuos sepelire.

A i Pter autez laudes humilitatis p prias illam prima ponimus. videlicet securitate a casu. De qua Augustin9 Humilitas in ymo e. et ideo non habet quo cadat. Merito ergo a casu secura est. propter quod ipsa fundamentuz vie dicitur que via mandatoru dei est. Et viam veritatis eam sepe nominauimus. Crepidines em viaru periculosas viatib9 7 equitantib9 plerisq3 esse manifestum e. Et ideo dicitur eis vsualiter. Ite in pfundu vie. quasi p pfundu securior sit ambulatio. p crepidines et alta viaru piculosa.

D Alia em e ei securitas ex hoc videlz q a fulgore siue fulguris tempestate: hoc est a plaga diuine ire siue vindicte secura est.

Frangit em deus oem superbu. et iteru in Psal. Tu humiliasti sicut vulneratu supbum. 7 ysaie.lj. Nuquid no tu pcussisti superbu vulnerasti dracone. Iste sunt turres de quib9 legitur eiusde Ysaie.ij. Dies dni sup omnes cedros lybani sublimes, 7 excelsas 7 sup oem turrim excelsam 7 multa alia p totu residuu capituli de hmoi legit. Et eiusde.xxx. Et erit sup oem monte excelsu 7 sup oez colle eleuatu riui currenti aquaru in die interfectio is multor 7 cum ceciderint turres ceciderut inq3 ictu fulguris a deo emissi. Est et tercia securitas ex infimo suo cotra impetu venti cuiuscuq3 teptationis. pflant em altissima supboru cordiuz venti. id e impulsus siue flatus temptationu humilitas vero in infimo sedens ab hus imunis e quasi sedes in vmbraculo ab estu ardoris et secularium desideriorum et in securitate 7 absconsioe a turbine 7 a pluuia. Et e sic vir qui celat se a tempestate sicut legitur ysaie.iiij.

P Est etiaz ei quarta securitas in iuditio aque. ne desup fluctuans velut conuicta p hmoi iudicij dampnet. Fundum em petit et in fundo residet. Qui em ambulat in magnis 7 mirabilibus super se qui fluitat sup aqua mudane labilitat in iuditio huius aque conuicti dampnationi patet. et vt se vento tumere supbie fluitatione hmoi confitentur. Et hoc e quod legit Osee.x. Transire fecit samaria regem suu quasi spuma sup faciem aque. Spuma em nihil aliud e q aqua venti vel aera cotines atq3 ostendens.

Q Est ei etia ex hoc quinta securitas ab imminenti futuri iudicij ventilatione. Cu em ventilabit xps dns aream sua in qua inuenientur palee inuenientur 7 grana. palee rapientur in ignem inextinguibilem vento huius ventilabri. Grana vero humilitate custodiente 7 ptegente salua recondent in horreu celeste. sicut legitur Luce.iij. Ipse vos baptizabit i spiritu sancto 7 igni cui9 ventilabru in manu eius 7c.

R Est etiaz et sexta in iuditio ignis psentis scilicet tribulationis. quemadmodu em vasa figuli cum ventum inclusuz in se habuerint p pter diminutionem commixtionis argille aque vl crepant in ipa fornace. vl inde exiliunt vento hmoi multiplicato et querente liberuz exitum 7 non habente. Sic qui timent vento superbie in huiusmodi igne scilicet psentis tribulationis vel crepant p iram 7 impaciencia temptationis turpiter succubentes vel inde exiliunt easdem turpissime fugientes. et hoc est quod legitur Ecclesiastici.ij. In igne pbatur auru et argentum. 7 homines receptibiles in camino humiliationis Est enim ei septima securitas ab igne gehenne. Unde Augustinus. Qui non tumet vento supbie non crepabit in igne gehenne. 7 quia omis tempestas a vento concitatur supbie. nec absconditu tempestatis quo tota nauis sancte couersationis confringitur. totum edificium spirituale euertitur. timendum est ei. sed neq3 tempestas futuri iudicij absconditum tempestatis est superbia quam plerumq3 nec ipse videt aut sentit qui eius naufragio perijt de hoc in psalmo. Liberaui te in abscondito tepestatis. De futura vo tempestate alibi in eodez. In circuitu tempestas valida. De vtroq3 vero intelligi potest quod dicitur in Psal. In spiritu vehementi conteres naues tharsis. Spiritus quippe supbie vehemens dicitur non fortitudine sed magnitudine et multitudine nocumenti.

f Ecunda laus humilitatis est puritas ipius, 7 a prima parte ponu

tatis que ē videlicet depssio contraria alti
S tudini nō timet humilitatē.id ē bassitatez
ianue celestis. Secura enī ē ꝙ non offen-
det in illam. ꝓpter hoc dictū ē ꝙ Nimis
elatam castigavit lumina frontē nec ē ꝯten
ta ꝓpa depssiōe aut breuitate humilitas
ymmo semꝑ se inclinat et depmit etiaz cū
nō ē necesse.id ē cū nō ē timendū ei ab of
fensione frontis ad supliminarē quemad
modū anser vł auca que portam quantū
cunqꝫ altam ingrediens semꝑ caput ꝛ col
lū suū depmit ꝛ demittit seu submittit ac
si timeret offendere in altam portam.

A parte vo scde dimensionis que ē lā
titudo ꝑ qua humilitas habet angustiaz
solā que ē defectus latitudinis est ei facul
tas intrandi ꝑ angustā portā regni celestī
absqꝫ vllo obstaculo. De hac porta dicit
Luce.xiij. Contendite intrare ꝑ angustaz
portam.Quod vo sequit quia multi que
rent intrare et nō poterunt ꝓpter supbos
dictū ē.qui eousqꝫ se dilatant atqꝫ distē
dunt ꝙ cape eos nō potest porte illi⁹ an-
gustia. A tercia vo dimensione que ē
T ꝓfunditas siue spissitudo ē ei diuine ma-
gnificencie ꝛ magnitudinis capacitas. Et
hoc quoniā ꝑ hmōi spissitudine seu pro-
funditate que apud geometros crassitu-
do vocat. Est ei vacuitas ei inanitas.Ve
re enī humilis a seipo ꝛ suis omnibus va
cuus ē ꝛ ianis. vnde et de xpo domino di
cit Apls in.ij.ad phylip. Qui semetipm
exinaniuit formā serui accipiens. hoc ē.ac
inanis et vacuus esset a plenitudine diui
nitatis se gessit ꝛ exhibuit mynistrū ymmo
seruū humilimū. Non ꝙ diuinitatē abie
cerit vel vllo modo ꝑ minuerit. sed ꝙ eaz
nō ostenderit ei seruū ꝑ omnia se exhibu
erit. Sic ꝛ ve humilis bona quecūqꝫ hꝫ ā
se reiicit et euacuat non quidem extinguē
do aut ꝓiiciendo sed nō sibi attribuēdo:
ymmo deo. ꝛ forte ꝓpt̄ hoc humilitas di
citur omnis iusticia Mathei.iij. Ubi dixit
dn̄s ad iohannem baptistā. Sine mō. sic
decet nos implere omnē iusticiā. vbi dicit
auctoritas humilitatē. Omnis enim iusti
cia ē pfecussima ꝛ cumulātissima totumqꝫ
quod ē alienū a se reiicere. ꝛ totū ei cuius
ē dare. ꝛ hoc plene implet humilitas que
omne bonū vt alienū a se modo quo di-
ximus remouet ꝛ reiicit. Et deo cuius ē at
V tribuēdo reddit. Supbi vero adeo pleni
sunt vt deus nec in eis neqꝫ cū eis valeat
habitare. Iudiciū autez immoderate ple

nitudinis triplex ē. videlicꝫ tumor seu strū
ma qua omnes supbi deturpati ac defor-
mati sunt horribiliter. Alia autez effu
sio supefflueus et hec ē spūaliter in super-
bis iactācia ꝗ̄si enī bona sua iactādo euo
mentes effundunt. Et hoc est quod legit
Ecclesiastici.xxj. Gracie fatuoꝝ effundunt.

Tercium iudiciū ē crepatio qua corpꝰ
quodāmodo dirūpitur ac dilaceraf. Su
perbus enī bonis que videf habere se im
plet dum ea sibi retinet sua faciens et sibi
attribuens et quod ē de monstris horrifi
cis supbie ꝛ abusionibus eius incogitabi
libus etiā eis que foris longissime sūt ab
eo seipm replet vsqꝫ ad nauseam iactācie
ꝛ crepationē impacientie. ꝓpter hoc ergo
sb humilibus honorari dicit deus. eccle
siastici.iij. Quia ꝛ ei aduenienti ꝛ inhabi
tanti oīa cedunt et a seipis secedunt spaci
um eidem in semetipis amplissimū faciē-
tes ꝛ totū ei cordis hospiciū ommittentes.
ꝓpter quod etiam dictū ē illud ysaie.

Hec dixit sublimis ꝛ excelsus inhabi-
tans eternitatē. et cum contrito et humili
spiritu habitat quia humilis spiritus duz
nihil de seipo occupat. in nullo ei domuz
cordis angustat. ꝛ ꝓpter hoc spaciose de
us apud ipum habitat et cum ipo. Ex
tota vo paruitate. id ē scdm omnez dimē
sionem ē ei patens ꝛ liberū omne effugiū
ꝑmum a rethibus ꝛ reciaculis dyabolicis:
Non enim possunt ve humilē retinere hu
iusmōi recia vel reciacula ꝓpter dictā par
uitatem. Parui enim pisciculi etiam p an-
gustias viaculas rethiū libere enatāt. nec
ab eis retineri possunt magni vero pisces
etiā rethibus largissimarū viacularum re-
tinentur. ei ꝓpter hoc supbi in om̄ dimē
sionē extensi omni rethe dyaboli detinen-
tur et capiuntur. Est ei etiā patens effu X
gium ꝛ declinatiō a sagittis ꝛ iaculis dya
bolicis. Quantūcunqꝫ enim ingeniet dy
abolus non potest vere humilem sagitta
re ꝓpterea ꝙ illum humilitas extenuauit
quasi in nihilum. Sicut ergo sagittarius
etiaz paratissimus filum tenuissimum sa-
gittare nō potest sic nec dyabol⁹ vere hu
milem. Et vt breuiter dicamus nō ha
bet in verè humili vbi sagittam figat. Ecō
tra vero superbus omnibus iaculis et sa- Y
gittis patet expositus ꝛ omniū bestiarum
morsibus ita vt nec etiam cecos sagittari
os effugiat nulla sagitta nullum iaculum
nullus dens cuiuscūqꝫ bestie infernalis ei

lū preterit. vbiq; detractionum ꝛ landūia
culis transfigitur. Ubiq; maledicorum
dentibus deuoratur. nisi enim cor eius di
stentum in omnem regionem ꝛ locum. et
attiget a mari vsq; ad mare. ꝛ a fine vsq;
ad finem spiritualiter. Non eum dentes
maledicorū vbiq; lederent neq; iacula de
tractionū eum vbiq; transfigerēt. Quem
admodū panem totū corpaliter Parisius
existentem dentes ꝛ lingue rome existen-
tes in nullo lederent. Quis igitur vbiq;
leditur. vbiq; hmōi iaculis ꝛ gladijs trās
figitur. vbiq; spūaliter est cor miseri super
bi. Est ꝛ humiliati ex paruitate sua to
tali in omni parte mundi securitas. ꝛ nō
solum in celum sed vbicūq; de⁹ est absq;
repagulo ꝛ difficultate qualibet recipitur
ꝛ vbiq; spaciose habitat. neq; cōpressiōē
neq; angustatiōem timens. ꝛ hoc est qm
in vltimitate paruitatis spūalis. Hec
autē vltimitas nihilū ē siue nihilitas spiri
tualis. Et de hoc nihilo dicitur Job xxvi.
Appēdit terraz sup nihilū ꝛ quasi sup fun
damentū suppoꝛtans ipm. Quemad
modum enī supbia ꝑpter vanitatem suā
nihil supportat aut sustinet. qn pot⁹ omē
eidē innitum et supincūbens deiicit atq; ꝑ
cipitat. Sic humilitas ꝑpter sui soliditatē
nō solū terrā vniuscuiusq; anime fidelis
sed totā ecclesie terrā sustinet ꝛ supportat.
Istud nihilū nec compmi potest neq; an-
gustari sicut neq; minui. ꝑpter hanc cau-
sam dyabolus nec cū deo nec cū angelis
in celo vl' ad momentū hore potuit habi
tare. Totū enī celū implebat deus. dyabo
l⁹ vo intumescens supbia ꝛ magnificat⁹
vanissime vltra mensurā suam naturalez
nō potuit ibi habere locum vel inuenire.
Angeli vero sancti in paruitate humilita-
tis naturalis ꝑsistētes locū suum retinue-
runt. locum deo ꝛ in semetipis dantes vl'
potius seruātes. dignū quippe ꝛ iustū fu-
it vt qui locū in semetipis abstulerāt. et lo
cū ꝓpriū in celo abstulerant. locum ꝓpri
um in celo amitterent. ꝛ dū locum aliene
glorie iniquissime vsurpabāt in infimum
ignominie iustissime deiecti essent. Est
ꝛ vero hūili ex paruitate humilitatis pax
Sic econtrario superbo ex distensione et
tumore supbie intolerabilis inquietudo
atq; concussio. Queadmodum arborib⁹
excelsis frondosissimis atq; ramosissimis
est a quocunq; vento crebra impulsio atq;
concussio. et vsq; ad auulsionē ꝛ ꝯfractio
nem plerūq; exagitatio sit supbis. Parue
vero plantule in medijs flatibus ventorū
validissimorum pacem habent atq; quietem
Quēadmodum vela nauium amplitudi
ne distensa impetū ventorū vsq; ad scissu
ram sustinent vbi fila vl' strictissimi panni
culi. illesa ac integra se conseruant. Cōcus
siones autē ꝛ exagitationes atq; scissure in
cordibus magnatū ꝑ lites et bella rerūq;
tempalū suarū picula ciuitatis fiunt. ve
lut ꝑ flatus et impetus fortiū ventorū. Et
hoc ē quoniam corda eorum ad magnitu
dinem ꝛ amplitudinem potestatis eorū
distenta sunt. Magnus enim idē rex
vel pnceps supbus. intus. id ē spiritualiter
et in corde ē magnitudine ꝛ amplitudine
adequat⁹ regno suo monstrū scilicet hor-
rificum caput habens in ciuitate que ē ca
put regni sui. pedes in fine. Et ad hūc mo
dum ꝑ totum regnū corde distensus ꝑpt
hoc. ꝙ q̄cunq; pars regni bellis aut alijs
inquietudinibus cōcutit necesse habet in
ea et ipe spiritualiter. Hoc ē corde exagita
ri. In cordibus vo supborū vel diuitū vl'
potentum similes exagitatiōes faciūt lau
des ꝛ vituperia ꝓbra et opprobria adula
tiones et conuicia. applausus ꝛ irrisiones
cachinationes ꝛc.

Erga a laus humilitatis est inclinā
di et demittendi se atq; incuruan A
di ꝓmptissima facultas. ex q̄ est ei 66
infrangibilitas. Supbis vo ex ipa super-
bis rigor et inflexibilitas sicut dicit Gregi
sup Job. Supba mens ad id quod spon
te nō appetit. nullis exhortationibus fle
ctit. ad id vero quod ꝑ semetipam appe-
tit etiam cogi querit. Frangit ergo rigor
supbie. maiori vi trahente vel impellente
cedit humilitati flexibilitas illesa ꝑsistens
ꝛ ad modicū incuruata ad rectitudinē su-
am statim reuertitur. ꝑpter hoc fabulosē
dicitur ꝙ inter quercum et harundinē oꝛ
ta est altercatio. ꝛ quercu conquerente de
impetu ventorum: ꝙ cum fortissima atq;
durissima et hoc mole ac in spissitudine li
gni sui ꝓfundeq; ac latissime radicata es-
set tamen ꝑ ipm radicitus euulsa. ꝛ insup
ex medio fracta necnon ꝛ ipam arundinē
interrogante et dicente. Tu dic. O arūdo
que adeo debilis et parua es qualiter vē
tos tam validos illesa et integra effugisti
Respondisse fertur. Tu inquit o quer-
cus supba eras ex duricia et inflexibilita-
te resistere volens vento fortiori te. ipsum

q sup te trãsire non sinés humiliata vt in
curuata mento fracta es. Ego vero omni
vento cedens, ad omnẽ ventũ me humil
et absq; vlla rebellione et resistencia sup
me illũ transire sino. et ita a nullo ledor a
nullo aliquid mali pacior. Quicquid pas
sa es rigor tuus et inflexibilitas atq; sup
bia fecerunt tibi. Et eadem est ei et in
uincibilitas. Quẽadmodũ fuisse fertur so
crati. Cum em̃ multas tyrannides passus
esset et minaretur ei tyrannus mortẽ. Re
spondit mortem volo. quo audito tyran
nus dixit. et ego te faciam viuere inuitum
Tunc socrates. Nihil inuitus paciar quic
quid intuleris. hoc volam siue mortem si
ue vitam. Cedebat domini socrates omi
D furore tyranni inclinans cor suũ vt super
ipm transiret absq; resistẽcia et repagulo
quecũq; psecutio quam tyrannus irroga
ret. Quapropter sicut nihil passus ẽ inui
tus sic et pmansit inuictus. Et hoc est q dı
cit. Augustin9 in libro de libero arbitrio
Et vnde male quia vere inuictus est. qui
nihil patitur inuitus. Est ei et eadem
pars illa cultus dei que adoratio vocatur
Facillime em̃ sub deo et ante deũ incur
uatur vere humilis. ymmo vt ad vnũ di
camus. ipa humilitas quantũ ad hoc cõ
tinua dei adoratio ac veneratio est. Ado
ratio em̃ ac veneratio incuruatio siue in
clinatio capitis est. caput enim nostrum
cor nostrum est. Quare in continua dei
adoratione pseuerat. qui incessãter in hu
militate persistit. Superbus aũt econuer
so per omnia se habet. De quo dicit. Job
xv. Cucurrit aduersus deũ erecto collo. et
pingui ceruice armatus est. Et iterũ. Tetẽ
dit aduersus deũ manũ suã et contra om
nipotentẽ roboratus est. Propter quam
causã consueuimus ipm dicere ydolatrã
simul et ydolum. Venerari em̃ et adorari
vult ab hominibus et eos ante se incur
uari tanq; ydolũ et ipsemet se colit laudi
bus cantionibus et venerationib9 incre
dibilibus. Nõ em̃ est finis lectionũ q̃s de
laudibus suis miser ipe in corde cogitan
do legit neq; responsoriorũ que de seipso
apud se insanissime exultando decantat.
neq; ptentus est solio diuine altitudinis.
sed instar antixpi extollitur super omẽ co
litur aut dicitur deus. Sicut dicit aposto
lus in scdo. ii. ad thessalonicens. Et ppter
hoc casus supplantationis eius non solũ in
E finitus sed plusq; infinit9 esse videt. beri

ardus dicit q humana superbia dyabõi
licam excedit. Cum dixisset dyabol9. q. ysa
Ero similis altissimo. Homo non conten
tus de similitudine ista dei. Genes. i. Fa
ciamus hominem. Sed vult esse longe ex
celsior altissimo. Contentus quippe est al
tissimus vt fiat eius voluntas bona. Sup
bus vero vult suam voluntatem impleri
siue bona siue mala sit.

q Uarta laus humilitatis ẽ leuitas E
Leuitas em̃ in corpibus. Principi
um est motus in sursum hoc ẽ ab
infimo. quod est medium. Sic humilitas
pncipium est in animabus motus spiritu
alis in sursum hoc est em̃ in sublime beati
tudinis et glorie. vel in sublime quod de9
est. Hoc autem manifestũ est per contrari
um. Iniciũ enim omnis peccati superbia
Peccatum autẽ ẽ motus in deorsum: siue
ad infimum quod est eterna dampnatio
aut baratrum siue pfundum inferni. Pro
pter hoc manifestũ est. quod dicit veritas
Luce. xviii. Omnis qui se exaltat humili
abitur: et omnis qui se humiliat exaltabit
Ac si diceret. Omne leue spirituale ascen
det. omne graue spirituale descendet.

Si quis autem querat quomõ vent9
superbie non mouet in sursum. Respõde F
mus quia reuera non mouet ad deũ. sed
cõtra deũ sed neq; in sursum veritatis. sz
magis in sursum falsitatis aut vanitatis
quod est de deorsum quod inde manife
stum est quia omnis elongatio ab altissi
mo descensio est et appropinquatio ad in
fimũ. elongatio autẽ ab altissimo non est
fm distanciã corpalem. sed spiritualem q̃ G
nõ est nisi dissimilitudo q̃re elongatõ ab
altissimo ẽ dissimilitudo ab ipo. Ma
nifestũ igitur ẽ ex hoc quia supbia est elõ
gãa ab altissimo et hoc quẽadmodũ ydo
lum a deo vero. et vanitas et falsitas a ve
ritate et innumerabilia huiusmodi. Non
ẽ enim elongatio a deo e regione qm̃ nihil
est ei e regione sed totũ subest ei absolute
Hoc est quicquid ẽ bonũ. quicquid ẽ ma
lũ sub eo ẽ. quicquid ergo ab eo elongat
vel recedit ad deorsum descendit. Habet
hoc admirationis ista leuitas qõ non so
lũ nullo dictorũ ventorũ mouet aut rapit
sed etiam figitur. Hinc ẽ q veri humiles
q̃nto amplius atq; magnificẽtius lauda
ri se audiũt. nõ solũ tanto humiliora õ se
senciũt sed etiã in humilitate tanto mag
sin psistũt q̃nto altius laudibus attollun

tur. tanto ad infima sua ampli⁹ se dimit-
tunt. quēadmodum qui vento se concuti
senciẽtes. et rapi eo vel auferri timẽtes.
quanto flatus fortiores vehemencioresq̃
ec cognouerint tanto ad terram amplius
se inclinant. eiq̃ pressius adherẽtes. eidē
arcius se affigunt. Sic abrahā in .xviij
Genes. Qnto amplⁱorem graciam fami-
liaris colloquij se inuenisse apud deum vi
debat. tanto terrenitatem suā magis. ma
gisq̃ recolebat. eiq̃ astrictius adherebat.
crebro repetens ꝛ replicans dicebat. Lo-
quar ad dn̄m meū cum sim puluis ꝛ cinis
Econtrario vo superbi qnto flatibus ve-
hemencioribus agitanť. tanto magis pō
dera terrenitatis infirmitatis paupertatis
sue ac peccatorū per obliuionem vł negli-
gencia recogitationis abiciunt ꝑpter qđ
vt naues vacue. aut nimis paruꝫ onerate
in omnes collisiōes ꝛ alia picula rapiūtur

Quēadmodum enī periti nauigiorū
naute qnto validiorem ventum eē cogno
uerint. tanto magis nauem onerant. Ne
venti impetus ꝛ vehemencia illa in pericu-
lum quodcunq̃ rapiat Sic ꝟe humilis p̄
nominatis ponderibus ꝑ memoriam eo
rundē se onerat ꝑ cogitationem ponēs ea
ꝛ aggregans in corde suo. Et attēde ꝙ li-
3 cet saburra ꝛ lapides inutilia sint tamē in
hoc vtilia sunt nauigātibus. quia naues
contra impetum ventorum retinent. ipos-
q̃ nauigantes et merces eorū atq̃ res ali-
as a periculis maris custodiunt. Sic pec
cata p̄terita vel etiam imminencia nō so-
lū inutilia sunt sed inestimabiliter noxia.
In hoc autē ꝑ vtilia ꝙ nauem cordis mo
do quo diximus onerancia. ipm̄ nauigā-
tem ꝑ mare huius mundi cum omni the-
sauro virtutuꝫ custodiunt. Sic et alia tria
pondera vtilia sunt. videlicꝫ terrenitas in
firmitas et paupertas. Et hoc ē quod legiť
Iob. xxviij. Qui fecit ventis pond⁹. vbi gre
gorius Corpa animabus. Nos autem in
telligimus quia cotidie ꝑ p̄dictā humili-
tatis prudenciā contra flatus p̄nomīatos
incessanter facit pondus vt diximꝰ electo
rum animabus. hoc est qđ dicit apostolꝰ
de seipso in .xij. scđe ad Corinť. Ne magni
tudo reuelationū extollat me. datus ē mi
hi stimulus carnis mee angelus sathane
qui me colaphiset. Sed et ipse dominꝰ di
xit ei. quia virtꝰ in infirmitate p̄ficiť. Sic
piscis qui dicitur echinus p̄sagiens immi
nere tempestatem. iuxta narrationē plinij

et solini lapidem dentibus arripit. in ore
portitat vt eius pondere quasi saburratus
per inundationes fluctus natans. non ra
piatur aut circūferatur ab eis vel periculo
se vel contra consuetū natationis sue mo
dum. Hoc artificiū et industria scripsit pli
nius vł p̄stitit natura in huiusmodi pisce hu
milibus. Sic onerari tecta domorū p̄ce
perunt aut lateribus. ne vento rapiantur
ꝛ dissipgantur. Sic et que in aqua ponun
tur ꝑpter aliquā p̄parationem vel artifi
ciū. vt pelles ligna linū canapuꝫ ne impe
tu aque rapiantur in quo appet demencia
et dementatio supborum. qui econtrario
facientes omni direptioni et dispersioni
se exponunt. Facit et ad hoc ipsum exem
plum lucie sacratissime virginis quam tā
to pondere fixit spiritus sanctus. vt multis
paribus boum trahentibus moueri non
poterit a loco suo. Sic in ymo fundamē
to et firmamento humilitatis spiritꝰ san-
ctus figit et firmat electos suos vt nec fla-
tu ventorum nec inundatione fluminum
cadant vel moueantur. Q; si quis mi- R
retur quia hec leuitas ac ymuꝫ nostre ter
renitatis infirmitatis paupertatis ꝛ pecca
torū electos impellat vł descendere faciat
cum p̄ncipiū sit mouēdi in sursum siue as-
cendendi. Iā respondimus quia hoc ipm̄
ascendere ē. Non enī in ymo vel in infimo
se videt nisi qui i alto ē. Quia qnto mino
rē se videt et iudicat. tanto indubitater su
pra se eleuatior ē. Qnto ei aliqđ a remoto
ri videť tāto minꝰ videť ꝛ ecōuerso. ꝛ hoc ē
qđ legiť Treň. iij. leuauit se supra se. Hoc
etiā certū iudiciū quo supbi minus eleua-
no se intuentur dum magni sibi videntur
Si enī a longe sese conspicerent, ꝑculdu-
bio paruos seipsos viderent et ecōtrario
humiles dum se nō solum ꝑuos sed etiā
nullos vel pene nullos se reputant e lon-
ginquo se vident. Uerū igitur ē ꝙ humi-
litatis ista est leuitas qua humilis eousq̃
sup se eleuatur. et nunc paruū. nunc mini
mū. nunc pene nullū. Interdū etiam quā
doq̃ nullū vel nihilū se reputet. ꝛ nūc qui
dem verissime de se iudicat. cū nihil se eē
existimet. sic ecōuerso iuxta testimonium
apostoli in .vj. ad Gal. si quis existimat se
aliqđ eē cū nihil sit ille se seducit. Quem-
admodum etiam que ē ꝑporcio leuitatis
ad leuitatem in corpibꝰ eadē altitudinis
ad altitudinē in locis ꝛ finibꝰ suis natura
libꝰ. sic q̄ ē humilitatis ad humilitatē hu

vel etiã in patria ea ẽ sublimitatis ad sublimitatem in gloria vt quẽadmodũ ignis tanto est in loco suo ⁊ situ naturali aere altior: quanto est eo levior. Sic ipsa beatissima dei genitrix. tanto est ceteris electis se de glorie sublimior: qñto humilior est. Et ipse xpũs dominus scdm q̃ homo est tanto omnibus celestibus virtutibus omnibusq̃ omnibus celestibus eminentiors glorie quãto adhuc etiam est non solum fuit humilitate maiori preditus. ꝓpter qḋ dicit. beatus. Gregorius. Hoc speciale specimẽ electorũ esse solet vt de se senciãt infra q̃ sunt. vt aũt aliquid videatur min⁹ q̃ sit remoto indubitanter efficit Manifestũ igitur est vere humilẽ huiusmodi levitate super semetipm̃ longe elevatũ et exaltatũ Est aũt hmõi levitas merito humilib⁹ ex virtute humilitatis et merito pro eo q̃ ipsuz possessorẽ suũ. et in semetipo et ab hominibus bonis suis exonerat.

l Quid igitur mirũ si nihil portans vere humilis et ipsemet extenuatus in nihilũ velut levissimus ad locum sibi ꝓpriũ tota velocitate fertur et rapitur. Econtrario vero superb⁹ seipo ex suis oneratus et etiam alienis dum illa p arroganciã sibi attribuit quid mirũ si toto ꝑcipitio fertur in ꝓfundũ ad quod hmõi ponderositas movere solummodo nata ẽ Q⁹ aũt supbus ponderosus sit ⁊ q̃ ponderosus q̃si universali omniũ testimonio ꝓprobaẗ. Nemo enĩ videt supbũ qui nõ dicat onerosus ẽ mihi imp tabiliter sup collũ meũ porto ipm. Similiter ⁊ unusquisq̃ dicit de supbo. totũ mundũ onerat. et omnes portant eũ supra colla sua. et iterũ. Nemo potest eum portare vel sustinere. videtur sibi parũ onerosus: qui tot colla ⁊ humeros taz graviter onerat de cuius ponderositate ⁊ importabilitate omnes homines ꝯqueruntur. Ecõtrario igitur p omnia se habet humilitas. et econtrario de illa omniũ testimoniis conclamatur. Nulli enĩ onerosa ẽ. nullus humilẽ ꝓ huiusmodi causa vel fugit vel abiicit vel declinat.

m Quinta laus humilitatis ẽ ponderositas q̃ quidẽ ẽ ei ex supradictis qtatuor. vl' ex uno eorũ. cum in se equaliter levis sit. subiectũ suũ rapiens vt diximus in sublime. quẽadmodũ supbia ex seipa ponderosa ẽ vt dixim⁹. ⁊ ꝑncipiũ descensus ymmo casus atq̃ ruine. Ex oblivione vero ꝑdictarũ q̃tuor atz negligencia recogitãdi ea levis est atq̃ vanissima.

Habet aũt humilitas ex iste ponderositate laudẽ ⁊ admirationẽ monstrificam qm̃ et ea ⁊ p eam ascẽdit. ⁊ hoc tanto velocius ac fortius qnto ipa hmõi ponderositas ⁊ maior ⁊ magis ei fuerit. tunc aũt illã magis inesse dicim⁹ cũ artius atz intimi⁹ cogitaẗ vel potius sentiẗ. Manifestum ẽ enĩ. quia tãto unusquisq̃ depssior ẽ atq̃ ab alto vanitatis supbie remotior quãto fuerit in utroq̃ istoꝝ habũdantior. quãto aliquid ab alio vanissime supbie remotior. tãto humilitate sublimior. Quare manifestũ ẽ quia hmõi ponderositas humilem elevat ac sublimat. quemadmodũ levitas vanitatis supbũ ad yma confusionis deiicit ⁊ ꝓfundat dũ a vere alto beatitudinis vel quod ẽ deus altissim⁹ ꝑcipitat eũ et elongat. n Inter monstruosas autem supbie abusiones q̃ multe sunt ⁊ magne. Hec una ẽ q̃ supbus de ipsa ponderositate sua cõtendit ascẽdere qm̃ de ipa supbia ⁊ de onerib⁹ q̃ ipe cõgerit ⁊ apportat sup dementissimũ cor supbi. Quid enĩ movet ipm ad hoc vt velit supesse aliis. nisi ipsa supbie ponderositas. Sic ecõtrario ꝑnominata humilitatis ponderositas movet ꝟe humilẽ ad hoc vt velit omib⁹ subesse ⁊ inferior appere. Et hec ẽ causa ꝓpter quã specialiter supbi palee in sacra scptura vocanẗ. Palee nanq̃ de supioritate duab⁹ de causis ꝯtendũt. videlicet aut levitate ꝓpria aut venti vehemencia. sic supbi interdũ levitate vanitatis supesse aliis volant

Interdũ aũt vehemencia venti circumferẽtis eos ⁊ exagitẽns. quemadmodum palea q̃ levior ẽ aliis ⁊ hoc q: vilior atz minor. Vere aũt supb⁹ omnib⁹ aliis supior esse ꝯtendit. Sic qui minor vel vilior ẽ meritis pleriq̃ supesse vult aliis ⁊ preesse. et hoc ipa vilitate ac minoritate sua q̃ nõ est nisi vanitas supbie illius. Siliẗ ⁊ qui vehemencior flatu laudũ extolliẗ. eo ipo aliis supereminere se existimat ⁊ eis honore ac dignitate ꝑesse ꝯtendit Quemadmoduz si palee ꝓpter hoc granis suis meliores se opinarẽtur ⁊ eis propter hoc dñari vellẽt qḋ se exaltant dictarũ causarũ elevate essent sup grana. granis in ymo residentib⁹ Hoc indubitãter ẽ insania supboꝝ. qui ꝺ elevatiõe vanissima hũc errorẽ hauriunt cũ eum nõ ꝑciositas aut meritoꝝ eminencia faciat sed magis vilitas et inutilitas. Quemadmodũ in paleis. Nobilitas eniz

et preciositas granorum eas in primo retinet. Sicut in contraria paleas eleuant et sicut vilior ac minor palea et inutilior vento vel propria vanitate plus aliis eleuatur. Sic quisque superbia vilior omniumque altitudine indignior plus aliis hominibus vel elecciois opinione vel ambitione presumptionis extollitur atque contendit vt dominetur.

O Sexta laus humilitatis est gracilitas. ex qua est possessori suo irrefragabile testimonium et laus certissima spiritualis virginitatis. Quemadmodum in puellis gracilitas et demissio ventris attestantur corporali virginitati tumor vero ventris econtrario. Sic tumor superbie de spiritu maligno eam concepisse. ymmo de principe demoniorum primogenitam eiusdem filiam scilicet superbiam comprobat euidenter de animabus huiusmodi que nec tam detestabile adulterium erubescunt sicut nec monstrum tam deformis partus qui vtique non est nisi struma dyabolica perhorrescunt. Dicitur vsualiter et creditur a multis mulieres interdum a demonibus incubis impregnari. Uerumtamen non nisi ventum ex huiusmodi impregnatione eas habere in vtero. multi credunt et se etiam experimento autumant comperisse. propter quod non aliter ab huiusmodi impregnatione detumescunt nisi cum incredibili ventositatis et tumultus emissione. quod vtique parabola verissima est impregnationis dyabolice quam diximus. Quid enim habet in ventre cordis superbus nisi ventum fallacissime vanitatis. hoc enim summopere malignus spiritus intendit vt vento superbie inflet quos afflauerit vt filiam suam primogenitam in eis generet. et vt eas per huiusmodi superbiam deo displicentes et abbominabiles reddat iste ventus cum tumultu incredibili per iactantiam sic emittitur vt tamen inde non minuatur sed potius augeatur per confessionem vero sic emittitur vt euacuetur.

P Confessio autem et si suauissima sit auribus dei et omnium miliciarum celestium tumultuosa tamen est et horribilis atque terrifica demonibus. eosque diffugat atque profligit a vere ac pie confitentibus. Ue hiis qui tam horrificam strumam suam ostentant et predicant dicentes se esse grossi magni vel alti cordis. non attendentes insanissimi. quod vidisse grossos et grossi cordis predicant impregnatos se esse a dyabolo confitentur. et sacratissimum matrimonium quod cum christo domino in baptismo contraxerunt execrabiliter polluisse.

preciosiores sublimiꝫ collocāt̄ ⁊ ab ipo deo

amplius acceptant vterque autem thesaurisant
in celo. Hoc enim commune habet qui bona
sua erogat pauperibus, et qui bonorum suorum
furtum vel rapinam cum gaudio suscipit quod
in celo ea thesaurizauit. et vt grata mune
ra deo illa offerunt. Sed ego superaddo no
bilem victoriam. Nihil bonum pretermisit
xps dominus in seipso qui et loculos habe
bat vnde provideretur egenis et furtum iude
paciencter sustinuit, et rapinam carnificum q
sufferentes ei vestimenta sua diviserunt ea
sibi. Mihi et meis terremotus domos
litterales subuertens et suburens. domus
non manufactas in celis edificat. et ignis
domos litterales exurens. domos mihi et
meis non manufactas in celis edificat vt
pueri igitur insensati irridendi sunt qui vilis
moriam istorum edificiorum ruinam siue excidium lu
gent. et de illa celestium edificiorum palacia ma
gnifica edificare sibi nesciunt. sed nec illa
videre vel cognoscere preualent. Quid
P plura nemo me vel meos ledere. nemo mi
bi vel illis nocere. Nemo quicquam auferre
potest. Quicunque enim aliquid mihi au
ferre nititur in thezauris celestibus illud
mihi et meis reponit. Nec grando nec ter
remotus nec pestis alia mihi et meis noce
re potest. sed eo modo quo diximus. Ego ve
domina et mei domini exercituum. et propter hoc
persona me et meorum dicatur. Si consistant ad
uersum me castra non timebit cor meum. Et
si enim aduersum me consistant secundum inten
tionem suam pro me tamen stant et mihi of
ficiosissime seruiunt. omnibus prenominatis
seruiens ego confringo potencias arcum
scutum gladium et bellum. omnis mihi ad
Q pacem et in obsequium meum conuertens Ipsa
mors non solum pedibus meis subiecta est
ad calcandum sed etiam officiosissime mihi ser
uit. ipsa enim carcerem corporis tenebrosissimum
et horrificum mihi effringit et meis vt libe
remur et liberi in libertatem glorie filiorum
scilicet dei inde exeamus. propter hoc eam
desiderabat apostolus in. viii ad Romanos di
cens. Infelix ego homo quis me libera
bit de corpore mortis huius. Ipsa est propugna
trix mea et meorum vindicans me de hoste ne
quissimo videlicet carne vel corpore et occi
dens ipsum in oculis vt amplius de vindi
cta gaudeam. Ipsa est lucerna que noctem
mundi huius diffugat. et illusiones presen
tium vanitatum velut sompnia euanescere
facit. vt reuelata facie veritas videatur.
Ipsa est lux que erroribus et falsitatibus di

cit. cedat tempus post ipsam enim nullus est
ei locus. ipsa est securis. mihi quidem securi
tatem prestans et de terra maledicta vite pre
sentis arbores erectas exsecans. Ut alibi
transplantate floreant et fructificent vide
licet plantate in domo domini. Sicut in
Psalmo legitur. inutiles vero vt in ignem
mittitur. sicut legitur Math. vii. De hac securi R
luce. iii. iam securis ad radicem arborum posi
ta est. Mors est clauis regia vsualiter enim da
uis regia securis vocatur. Hanc clauem rex
celorum adhibet clausis sibi et obseratis cor
dibus et eam voluntarie apud se intrare non
sinentibus. Unde et per hanc intrat mul
totiens et hoc apparet in eis qui metu mor
tis tamen conuertuntur. quod obsequium me
is multociens prestitit et prestabit. bonus ipse
adhuc iudex. cuius bonum ac iustissimum
iudicium. Sicut legitur Ecclesiastici. xli. o
mors bonum est iudicium tuum quoniam
carnem que corruptioni spirituali hoc est
viciorum dedita fuit. corruptioni putrefa
ctionis ius iustissime dampnatam exponit.
et que vermes viciorum et alia reptilia spi
ritualia nutriuit. vermibus litteralibus de
pascenda tradidit. et que in via perditionis
non solum gressibus. sed etiam saltationi
bus. et omnibus petulancie gesticulatio
nibus lassata fuit. omni virtute mouendi
se priuat illam et carcere sepulchri condem
pnat. ipsa est nauta optimus qui de procello
so mari mundi huius in portum tranquil
litatis meos saltem statim educit. Ipsa est
pacifica et pacificatrix optima que litibus
omnibus et bellis finem imponit. dum ca
pita litigiorum atque bellorum et capitane
os de medio tollit. ipsa est finis malorum si
cut dicit in cathone. Mors est que malos
ne vlterius male agant omnia compescit
Ipsa est que mundi gloriam mundique super
biam in momento deiicit et prosternit. de
culmine regnorum et prinapatuum omnem
et omnium dignitatum quoscunque detra
ens. ipsa est que sine acceptione personarum
et munerum dei iudicium exequitur. De
quo iudicio legitur. iudicum. xli. Hoc iudi
cium a domino omni carni. Ipsa est thezau
rus amplissimus et sufficiens ad solutio
nem omnium debitorum. ad comparandas
celestes diuicias sicut prenotauimus.
Ipsa est vltimum post dei misericordiam
redemptionis nostre refugium. Propter
quod legitur proverbiorum. xiiii. Sperat iu
stus in morte sua vt in liberatione salutis

redemptione sua vt in thezauro redēptionis vt in sacrificio recōciliationis prudenter in ea negociari scientibus atq; volētibus.

Nunc vero narrabimus officia paciencie. Ego inquit paciencia sum in elemētis
S terra. de attritione fructificans vberius. In animalibus vrsus qui de verberibus impinguor et salamādra que de igne tribulationis pascitur et quantū ad palatū asinus carduus et pungitiua comedēs. Similiter et strutio quantū ad esum evictū que ferrū et ferrea durissima queq; comedo. Et quia de cibis meis mentionē feci. Dico quod mirrata et queq; amara dulcissimi cibi mibi sunt et delicatissimi. et ex virtute filij dei dico vt lapides isti panes fiant. De quibuscunq; et quantumcunq; duris etiā fiūt mihi panes. et qui nō sunt de familia mea rebus hmōi lapidant. Quos ego nō docui velciunt quādo porrigitur eis panis et quando lapis. et propter hoc cum proijcitur eis panes hmōi fugiunt ab eis. quia putāt lapides esse. sicut et canis. cum ei panis proijcitur. et putat lapidem eē fugit ab eo. cum autem cognoscat quod ei proijcitur panē esse. toto hyanti faucium eidē occurrit. Sic ego et mei scientes panē esse quecūq; mūdus duravocat et lapides cū nobis proijciunt cum desiderio et gaudio occurimus. et ea excipimus.

T Quid plura de illis sum de quibus dicitur. vt alat eos in fame. Fame ei pascor et sitn potor et paupertate locupletor. et hoc ē singulis gloria mea. quia vbiq; diues sū. vbiq; indita vbiq; habūdans. vbiq; opulenta. quocūq; vero sequitur me affluencia omnium victualium. Omē desertū quantumcunq; aridū et sterile padysus voluptatis est mihi et ortus deliciarū. vbicūq; enim carduos inuenio vel mericas vel saltē lapides. Quia si nec ista famē ad minus vel sitim inueniam quas dixi. Jam non solum cibū et potū meū sed etiā delicias. Noli mihi minari de quacunq; rei inopia Illa enī copia mihi est et paupertas diuicie.

V Ego in armis arma protectionis. videlicet clypeus aut lorica et sagittas et gladios excipiens retundens et illud implens. Sagitte paruulorum facte sunt plage eorū. In propugnaculis antemurale vnitū spei. protegens saxa a machinis iacta et ignē grecum. et cetera omīa hmōi suauiter et sine lesione excipiens vt supra tetigimus. In domibus domus hyemalis a pluuijs grādinibus et nimbus et alijs iniurijs spiritualibus eos qui me inhabitāt protegens. In vestibus cappa pluuialis propter eandē causam
X In arboribus laurus propter iniurias temporū aut aeris. virorē nō amittens. et etiā victoribus coronā prestans. In floribus rosa grauissimo rubore propter sanguinis semper rubens. In metallis aurū omni igne tribulationis purius ac rutilantius In pannis purpura sanguinea propter passionū sanguine tincta. In ioculatoribus ille qui et singulis ictibus percucientiū. pro singulis denarijs se exponit et cuius omnis questus et omne lucrum de sustinencia est ictuū aut verberū In instrumētis fabrilibus incus supra quā prescripte fabricatores fiunt. In aromatibus myrra omnem putredinē et vermes vicio arcens ab hijs in quibus sum. in granis synapis et piper qui detritione et exarione acuuntur. et quibus virtus augetur ex hijs. Similiter et triticum quod per flagella et molarē attritionē a furfure aque conspersionem et tandem ignis excoctionem in salubritatem et delicias presens profi cio. In membris spiritualibus humerus oneribus portandis fortissimus In partibus edificiorum. fultrum seu fulcamentū. In partibus lecti culatur mollis sustinēs et super me iacentem et super incubentem In ornamentis seu apparamentis cella seu subcellium. De piscibus iam diximus
Y quia ego sum piscis marinus qui in abysso amaritudinū semper versor tamen dulcissima semper sum et in aui bus auis aquatica que in aquis semper sepissime immergor. nec stilla vna mihi adheret et semper arida permaneo. Ultima autem laus mea inter sorores meas ē quod ipsis in futurum regnum celorum promittitur Meum et sororis mee humilitatis ex nunc ipso testimonio veritatis pronunciatur esse vbi dicit Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorū. Et iterum. Beati qui persecutiones paciuntur propter iusticiam quoniam ipsorum est regnum celorum. Accedit et ad culmen glorie mee illud quod bona mea nemo mihi aufferre nemo ea minuere vel ledere vult cum tot et tanti ea totis studijs et viribus conentur augere. tante autem pacis ac dominationis ē paciencia quod in ipa possident omnes electi animas suas sicut dicit veritas. Luce vicesimo primo. In paciēcia vestra possidebitis animas nostras. Ubi enim ego non sum. nihil boni pacifice possidet

Qualibet eñ punctura. quolibet ictu omnia bona sua amittit qui me non habet. In omnium hominum domigerio de dignatione ⁊ subiectione ē. Similiter ⁊ omnium rerum que vel corpus eius: vel bona tēporalia in aliquo ledere possint. Unde omnia timet non solum fures ⁊ latrones. Sed etiā timet rubigines mures cattos. nubes et ventos ymbres et grandines: et oīa hec illi minantur. Mihi aūt applaudunt et blandiūtur obsequia sua gratissima et offitiosissima sic supra exposuim⁹.

a

Egrediemur hui⁹ tractatus partē terciam ⁊ ipsius partis tercie partem primā que ē de vitijs et peccatis. vbi primū determinanduꝫ ē nobis quid ē viciū. qd peccatum ⁊ quid differat alterū ab altero. Dicim⁹ igit̄ q᷒ viciū ē habit⁹ vtiqꝫ malus sicut virtus bona qualitas mentis. Malus eñ ē hmōi habitus A 7o
nō in habēdo seu participādo maliciā. sꝫ in essendo ipa malicia qua quis malus ē quemadmodum supra exposuim⁹ q᷒ virtus ē bona qualitas mētis nō in habēdo seu ꝑticipādo bonitatē sed in essendo ipa bonitas quēadmodū et color ē albus nō in habēdo seu participādo bonitatē. sꝫ in essendo ipa albedo. Q᷒ si qs dixerit q᷒ cū viciū sit malū eēncialiter vt dixisse videmur. nō erit ergo vllo modoꝝ bonū hoc ē nec simpl'r. nec cui nec scđm qd frigiduꝫ. ⁊ hoc ē quoniā nihil recipit supra se cōtrariū essencie sue vllo modoꝝ. Jam aūtē declarauim⁹ in tractatu de bono ⁊ malo. q̄ B
niā. quod ē viciū in vno ē bonus habitus ⁊ bonitas in alio ⁊ pulchritudo. Insidiositas eñ in vulpe ē bonitas quedā natural' in eo ⁊ pulchritudo. In homine aūt est et malicia ⁊ turpitudo. Sic se habet de iracūdia ⁊ rabie ī leone et vrso ⁊ de alijs dispositionib⁹ ferinis et animalibus q̄ vtiqꝫ in substancijs suis naturalib⁹ ⁊ ꝓprijs decentissime ac pulcherrime sūt. ⁊ aptissime sedent in eisdē. In hominib⁹ aūt indecentissime ac turpissime ꝓpter discrepanciaꝫ suā naturalē ad naturā humanā. Quemadmodū viror in lapide smaragdo. ⁊ croceus color in lapide topasio. et color celestis in lapide saphyro. et bonitates naturales ⁊ pulchritudines sunt. In facie autē humana difformitates essent etiā visui intolerabiles. Quare nō sic intelligim⁹ essencialiter cū viciū habitū malū dicim⁹ sic inq̄ꝫ. nec in toto nec in ꝑte nec scđm qd. nec alicui possit esse bonū. Hec ē eñ intentio vna ei⁹ quod ē essencialit̄. Hoc ē tota rōe sui eē. siue tota sua essencia maliciā eē habitū malū ⁊ ex nulla ꝑte vel modo bonū.

Alia autē intentio ē quā satis explicuim⁹ videlicet q̄ dixim⁹. malū ibi nō aliud ꝓdicare q̄ꝫ ipm viciū. licet alia ratione seu ꝓpatione. Peccatū vero act⁹ ē ꝓcedēs ex hmōi malo habitu vel dispositiōe ma

la et hoc apparet ex diffinitione qua diffi
nit Augustinꝰ peccatū dicens. Peccatum
ē dictū vel factū vel cōcupitū cōtra legem
dei. vbi necesse ē ꝑ factū intelligi etiā non
factū. sicut et vsualiter increpamꝰ aliquē
ꝓ eo quod nō facit id quod facere debu-
it et dicimꝰ male fecisti. qꝛ istud nō fecisti.
quia ipm nō facere bonū aliquādo vl' be
ne vsualiter malefacere dicimus. Attē
de etiā qa in ista diffinitiōe Augustini cu-
pitū etiā ad alias passiones extēdit vt ad
odire timere sperare hoc. ꝛ qa ipm deside
riū radix quodāmodo ē aliarū et ad ipm
reducūtur alioqn valde diminuta eēt dif-
finitio Augustini. et esset potius via et ex
emplū exqrende ꝛ inueniēde diffinitiōis
ꝑfecte. nō diffinitio cōpleta. Scito eti
D am ꝙ nō diffinit hic nisi peccatū mortale
Nō eīn cōtra legē sunt ꝓpe venialia. Nō
eīn cōtra legē ē ꝓpe quod nō ē legis ipsiꝰ
transgressio Attēde etiā quia nō diffinit
hic nisi peccatū quod dicitur actuale vide
licet quod ē actus illicitꝰ vl' obmissio actꝰ
lege ꝑcepti. ꝛ hec sunt peccata q̄ solemꝰ di
cere peccata acquisitionis et cōquestū no
strū pessimū. Quēadmodū originale pec
catū hereditatē malā ꝛ hereditariū nobis
malū dicimꝰ vtpote a ꝑmis parētibus ad
nos deuolutū. hoc etiā peccatū ꝯtractū di
citur hoc ē cū ipa carne a parentibꝰ tractū
ꝛ nō ꝓpo studio vel ope a nobis acquisi
E tū. Uiciū ergo et peccatū actuale sunt.
sicut habitus ꝛ actus ab ipō ꝓcedēs. non
tamē oīe peccatū actuale ex malo habi-
tu ꝓcedit. ymmo plerūqꝫ ex mala disposi
tione. Peccatū aūt originale iuxta du
os modos dicit. ꝛ vno quidē mō peccatū
ꝑmoꝝ parētū. Peccatū inqꝫ actuale quo
dei mandatū transgressi sunt peccatū ori-
ginale dicitur ex eo ꝙ origo et causa fuit.
omni in toto genere humano sequentiū
peccatorū. Nec dubiū est quin huic pec-
cato ꝯueniat suprapositia diffinitio Augu
stini. Secūda intentione vel mō dicit
viciū hereditariū ꝛ tractū ad omēs poste-
ros deuolutū ꝛ in oēs transfusum q vicio
sā lege nascēdi vt ait Augustinꝰ inde nati
vel geniti sunt. hoc ergo viciū seu peccatū
qm̄ latuit phylosophos ꝛ multos de here
ticis necesse habemꝰ stabilire ipum in pri
mis deinde declarare qualiter viciū dicit
ꝛ peccatū ꝛ culpa. vbi ostēdemꝰ euidēter
qa nō ꝑ abusionē noīationes iste attribu
te sunt ei ymo ꝓprie. iuxta vsitatissimas si

gnificationes nominum istoꝝ. Tercio
dissoluemꝰ questiones ꝛ rn̄debimꝰ ratio
cinationibꝰ eoꝝ q cōtra doctrinā catholi-
cam de peccato originali vl' senciūt vl' sen
serūt. Quarto inuestigabimꝰ causam
ꝛ modū qbus ꝯtrahit hoc viciū vel trans
fundit in posteros Quinto ꝑscrutabi
mur vtrū vnū ꝛ equale sit in oībꝰ. ꝛ vtꝝ
ex eo sit artifitioꝝ electio. ꝛ tota vite nr̄e in
ordinatio. ꝛ nō ꝑteribimꝰ errores eoꝝ q
ꝯstellationibꝰ ꝛ horis natiuitatū attribu
erūt hec. Sexto inquiremus mensurā
tpius ꝛ penā ꝓpriā eiusdē. ꝛ quo iure de
beat eidē. et dicemus cōparationē eius ad
actualia peccata.

Ebes ergo hic reminisci primū tri
D umviarū quibꝰ eius esse stabiliui
mus in tractatu quē vocamꝰ. Cur
deus homo. Haū ꝑmā posuimꝰ errorē
virtutis nr̄e appetitiue interioris atqꝫ puer
sitatē qua bona nobis male sapiūt. ꝛ ma
la bene qua horrifica vicioꝝ ꝛ peccatorū
spurcicia tam suaue nobis sapit ꝛ virtutū
suauitas tam amarū. Quēadmodū eīn er
ror atqꝫ puersitas appetitiue nr̄e exteriorē
seu corpalem egritudinē habere se idicat
Sic et in interiori seu spūali se habere ne
cesse ē. videlicet vt eius error atqꝫ puersitas
spūalem ꝛ interiorē egritudinē absqꝫ vlla
dubitatiōe indicet. Eodē mō etiā ꝛ de
intellectiua vi nr̄a siue cogitatiua supiori
nobili euidēter se habet. cū taꝫ multiplex
eius error tātaqꝫ puersitas in iudiciis eius
dē ꝛ opationibꝰ appeat manifeste. Quis
eīn non videat q̄nta ptinacia bona mala
iudicet et ecōuerso ꝛ parua bona magna
ꝛ magna parua vl' nulla. Delicias eīn cor F
porales q̄ vtiqꝫ mala pniciosissima sunt si
cut in tractatu de mr̄imonio docuimꝰ bo
na indicat. sicut apparuit in epycuro. ꝛ to
ta eius factiōe. Spūales eīn delicias. nec
nō ꝛ diuicias parua vl' nulla bona. vtpote
adeo longe ab eis. vt cū taꝫ magna bona
sint fiant. vel oīno nō videant ab eis vl'
parua eis videant. quēadmodū corpora
stellaꝝ cū incredibilis magnitudinis sint
oībꝰ puissima videtur. A nōnullis autē
nec etiā vident. Et multa etiā de eis a nul
lis videant. Sicut multe stelle q̄ in gala
cia sunt. a nullo vident. Manifestū igit ē
his iudiciis istis egritudinē istā esse qua
vtraqꝫ vis nostra ꝑnominata tāta turba-
tione atqꝫ puersitate laborat. Oīs autē
egritudo spirtualis viciū est. et omnis pa

uersitas difficile mobilis malus habit⁹ ē.
et ideo viciū a diffinitiōe. Et qm̄ innatum
ē nobis. merito originale viciū, natiuū ꝛ ra
dicale atq; hereditariū nominat. Se
cunda via rebellio est inter spūale siue sb
lime nostrū quo brutis precellimus. ꝛ ani
male nostrū videlicet quo eis cōmunica-
mus. quā rebellionē a sensu percipimus.
Hec aūt rebellio euidenter ostēdit in
firmitatē et egritudinē eius q̄ ē in nobis
superius vel nobilius. Si eīn sanū esset et
firmū firmitate naturali necessario totum
animale quod in nobis ē subditū esset ei
subiectione et obediencia paratissima.
Causa aūt in hoc est. quia sublime nostrū
ac nobile inconpabiliter fortius est in sa-
nitate sua et vigore naturali. et insup lege
ac iure nature eidē prelatū ac suppositum
Ipa ergo hmōi rebellio iniuria est natu-
G ralis in ipm. Siue eīn p rebellionē. a decq̄-
ri querat animale nostrū spūali nostro si
ue ipm supare contra ius et legem natu-
re in hoc indubitanter facit. Qz igitur ita
depressū ē spūale nostrū itaq; infirmatū
vt aduersus ipsum se erigere ac rebellare
possit animale nostrū. et hoc tam iniurio
se. manifeste infirmitatis atq; debilitatis
est ipius spūalis nostri. Infirmitas autē
atq; debilitas omnis contra naturalē vi-
gorē et firmitatē indubitanter et egritudo
est et viciū. cū euident contrariū virtus sit
A sensu igitur ipo manifestū est origina-
le illud viciū seu egritudinē esse in omni-
bus nobis. Tercia via est rectitudinis
nostre icuruatio ad ea que infra nos sūt
et auersio seu declinatio ab hus bonis. q̄
H supra nos sunt. ꝛ propter que creati sum⁹
A deo enim incliuati seu incuruati sum⁹
ad ea que dicuntur bona carnis et mūdi
tam scōm sublimē vim nostrā cognoscitu-
uam seu intellectiuā q̄z sm virtutē etiā no
stram nobilē motiuā id est volūtatē. vt ea
sola pene cogitare. sola pene velle merito
videamur adeo auersi et declinati a presē
tibus et futuris animarū nostrarū bonis
vt cogitationes ꝛ affectiones nostras dili
genter considerantibus a nobilitate speci
ei nostre in brutalem insipientiā degene-
rasse merito videamur. Iuxta pphete te-
stimoniū dicētis. homo cū in honore esz
non intellexit cōpatus ē iumētis insipiēti
bus et silis factus est illis. Paucissimi
etiā sunt in hominib⁹ qui rationabiliter
et non brutaliter viuāt. Qui aūt aliter vi-
uunt contra naturalē istā incuruationem
et auersionē velut erecti et ad bona ante-
dicta conuersi viuunt. et hoc sm virtutē vi
nostrā supiorē nobilē. Quia ergo nulli
dubiū ē brutalitatē istā et esse nobis origi
nalē. et esse viciū. cū viuere sm illā viciose
viuere sit manifestū, ē originale viciū esse.
Amp̄. Nō aliter recte viuimu⁹ nisi cū
scōm superius nostrū ac nobile viuimus
Hoc aūt non ē nisi cū inferius nostz vide
licet quod ē animale in nobis ab eo victū
atz subactū fuerit eiusq; dominatiōi obe
diēs. ymmo in seruitutē redactū sicut dicit
Aplus. in. ix. prime ad. Cor. Castigo cor I
pus meū et in seruitutē redigo. Et hec vi
q3 seruitus iure et lege nature debita ē ali
oquin inique et contra iusticiā imponere
tur. quare iniquū ꝛ iniustū esset et cōtra na
turā domare nostrū inferius. videlz vires
inferiores motiuas. Hoc aūt ē quod virtu
osum omnes clamant. ꝛ quod omnis in-
tellectus apud se conceptum habet. et na
turaliter impressum. Amplius. Scdz
hoc pmittere illas regnare ꝛ dominari es
set iustū. ꝛ de hūs in tractatu de matrimo
nio multa diximus. Manifestū ē igit
quia regnū et dominatio sup vires inferi
ores nostro supiori iure ꝛ lege nature de
bentur quare seruitus et subiectio ꝯtrarie
inique sunt. Manifestū autem ē. quo
niam exceptis paucissimis seruit. et subie-
ctum ē eis et hoc ex originali vt diximus p K
uersitate. Nō eīn expectatur in hoc praua
consuetudo. cū nō solū in adultis. verum
etiam in pueris et paruulis quaten⁹ etas
pmittit. Ubi autē ab hmōi seruitute ꝛ sub
iectione vel erectū vl' liberatū aliquaten⁹
ē. victoria vel assuefactione vel de benefi-
cio gracie diuine. hoc esse factū dubiū nō
ē. Omnes ergo cū originali isto vicio na-
sci. ꝛ sm illud viuere vel in toto vel in pte
nisi ecōtrario adiuuent manifestuz ē. Qz
si dixerit qs quoniā scōm animale nostrū
ꝯmunicam⁹ cū brutis. Et ideo quēadmo
dum vel opatiōes vel passiones q̄ in bru
tis sunt. scōm illud nihil habēt iniurie na
tural' nihil iniqtatis ymmo magis sūt sm
iusticiā naturalē sibi. Cuz ergo opationes
seu passiones q̄ ex aīali nro in nobis sunt
vl' a nob fiūt naturaliter nihil habebunt
iniusticie nihil iniquitatis. Respondem⁹
in hoc. qm̄ ꝛ si scōm animale nrm ꝯmuni
cam⁹ cū brutis. In spirituali nro m̄ pcelli-
m⁹ eis. Et ideo sm illud quod in nobis

nobilis atq; sublimius ē nos vincere atq; opari opꝫ. Omnino enī indecens ꝛ incōgruū ē pferre quod inferius atq; ignobilius ē superiori atq; nobiliori. sequitqꝫ illud ꝛ obedire illi. rebellare aūt istū nostrū animale. quod absurdū videt̄ eē. Amp̄. Animale brutoꝝ p se regnās atq; dominās ē ꝛ nullo vinculo obediētie vel seruitutis in illis alicui obnoxiū aut obligatum vtpote nō habens supius apud illa. Animale vero nr̄m sicut supius habet apud nos ꝛ in nobis sic ē eidē debito subiectiōis ꝛ vinculo seruitutis astrictū quēadmodū hō p se in regiōe aliq̄ degēs. vbi nullus ē alius pnceps aut dn̄s liber ē ab omni obediētie debito. Si aūt fuerit in regno vel pncipatu alterius necesse habet eidē obedire ꝛ esse subiectus.

2 Uerū siquidē vt ait Tullius. omne regnū anime a natura tributū ē quare animale nr̄m in nr̄o regno rationis ē. ꝛ ideo necessario legibus eiusdē subiectū. In brutis vō tanq̄ seorsum ē ab omi aliena ditione ꝛ potestate. ꝛ ideo liberū. et hoc ē qd̄ legitur ecclesiastici. xiij. Pondus sup se tollit q̄ honestiori se cōmunicat. Merito ergo animale nr̄m pōdus obediētie subiectionis ꝛ seruitutis sup se tollit. dn̄i supiori nostro quod tam honestū ē cōicat associatū scilicet eidē in eodē subiecto anima videlicet nr̄a. Silr̄ se habet de homine q dat̄ in seruū alij ꝛ de homine libero. Eodē mō de equo habēte sessorē sup se ꝛ de nō habēte. Nō ē aūt degluciendū. id ē sine pscrutatione trāseundū quod dixi. qr et animali nr̄o naturalr̄ sunt hmōi passiones ꝛ opationes. Naturalr̄ quidē id ē ex natura corpali vl̄ dic. naturalr̄ aūt. id ē iuxta pmitiuā nr̄e nature institutionē seu cōditionē. Nam scōm statū illū nō nisi iussu abho supiori nr̄o exiret. Nūc aūt tanq̄ libere exeūt nō expectato iussu seu mādato illius. quod modis omibus eis illicitū fuit iure ac lege pmitiue institutionis nr̄e. quibus iure plenissimo animale nostrū spūali nr̄o subditū ē ꝛ eidē ad obedienciā obligatū. Quarta via est insensibilitas. vt ita dicamus ipius spūalis siue supioris nostri. qua insensibile ē ad bona sua ꝛ mala cū animale nostꝝ sensibilissimū sit ad sua bona scilicet ꝛ mala. Om̄ insensibiles enī sumus interius ad lucē nostrā internā q̄ sol intelligētie ē. videlicet xp̄s dn̄s. Om̄ difficile illa etiā tenuissime atq; obscurissime videmus. Similiter et ad suauitatē internā nr̄am ꝛ delicias spūales. q̄ in ip̄o ꝛ ex ip̄o sunt. ꝛ in virtutibus et p virtutes quis ignorare pmittit. cū nec odor ptenuis ad nos inde penetret. Idem dicimus ꝛ de saporibus. q̄ sensibiles aūt sumus econtrario videlꝫ ad suauitates odores et sapores animales nullus ē qui nesciat. Similr̄ et q̄ difficile calefactibiles sumus calore spiritualis amoris sanctorūq; desideriorū q̄ facile autē ardeamus ecōtrario quis nō videt.

Amplius. Cū p modo seu magnitudine vel p modo suauitatū aut bonitatum calefactibiles eē vel calefieri debeamus ab illis quorū sunt. Si essemus vtrūq; bn̄ dispositi ꝛ ip̄a suauia seu bona equaliter nobis ppinqua ppinquitatibus sibi cōgruētibus q̄ esset pportio seu compatio suauitatū seu bonitatū adinuicē. ea eēt et calefactionū hoc ē amorū seu desideriorū nr̄orū adinuicem in illas. Quia ergo nulla ē pportio vel etiā compatio diuine suauitatis. seu etiā bonitatis ad eas que carnis et mundi dicuntur suauitates seu bonitates. si bene dispositi essemus tam ad has q̄ ad illas nulla esset pportio seu comparatio calefactionis amorū seu desideriorū quibus calefieremur a spūalibus suauitatibus seu bonitatibus ad calefactiones quibus calefimus ab eis que mūdi suauitatibus seu bonitatibus. Cause enī sp pportionabiles sunt effectibus suis nisi dispositionū inequalitas inter effectus faciat diuersitatē. Quia ergo ecōtrario pdictis causis se habent eorū effectus in nobis. Manifestū ē q̄ nō eque boni dispositi sumus ad illas. quare vel ppinquius ē animale nostrū ad suauitates ꝛ bonitates suas vt ita loquamur vel magis bene dispositū ad illas q̄ spūale nr̄m ad suas. Manifestū ē autē quod elōgatio hec seu mala dispositio que ita spūale nostꝝ īpedit a supradictis suauitatibus ꝛ bonitatibus lesio ē magna et viciū quod ita nos pu̇erse habere compellit. Peruersitas aūt omnis. et oīs dispositio puertens nos viciū eē dubitari nō potest. Qꝫ si dixerit quis. quia hec ē naturalis et rectissima ordinatio nr̄a vt animale nr̄m pximū sit suauitatibus suis ꝛ bonitatibus. Spūale vero nostrū longe sit a suis. quemadmodū et nos ipi terre ꝛ terrenis omnibus pximi sumus celo vero et celestibus remotissimi. Respōdemus quia reuera scōm corpus ita ē vt dicitur de ppinquitate et remotione. quia in

ferior ista regio et mūdi sensibilis habitatio regio nostra ⁊ habitatio est quantum ad corpus. et etiā quantū ad animale nostrum in eo quod animale est. vt nūc quidem se habet. Quantū ad spirituale vero nostrum. regio nostra longe alia est ⁊ habitatio. et eque vicina seu ꝓpinqua spirituali nostro vt sua regio vt diximꝰ animali nostro. Qꝫ si dixerit. quia hoc etiam nec verum nec debitum est. quia plus animales sumus naturaliter vt ita dicamus q̄ꝫ spirituales. et plus corporales q̄ꝫ spirituales. Dicimus quia sermo huiusmodi hominis est sermo valde erroneus ⁊ procul dubio hominis nesciēns se eē hominē et pene omnino ignorantis nobilitatē humane nature. Generaliter eñ absqꝫ vlla dubitatione verū ē. qꝛ id quod ē in vnoquoqꝫ optimum ē in eo etiam nobilissimū atqꝫ fortissimū naturaliter. ⁊ ꝓpter illud etiaꝫ alia creata sunt in toto illius. sicut anima in nobis nobilior atqꝫ fortior corpore. ⁊ ꝓpter illam corpus creatū ⁊ membra ipsius

n Similiter spirituale nostꝝ naturalit̄. hoc ē naturali et ꝑmitiua sui institutiōe in nobis optimū ē nobilissimū ac fortissimum. Et ꝓpter id omīa alia in corpibus nr̄is et in animabus creata sunt. Quare multo fortius ē ei ꝓuisum de omībꝰ ꝑfectionibꝰ suis naturaliter q̄ꝫ animali nostro de suis et ideo eque ꝓpinquū naturali ordinatione vel etiā amplꝰ bonis suis omnibꝰ q̄ꝫ illud. Neqꝫ eñ diuine bonitati neqꝫ sapiencie eius cōgruit minꝰ ꝓuidere magnis ⁊ magis minoribꝰ. aut minus curare magna q̄ꝫ parua. ꝑsertim cum paruū animale nr̄i nō curet nisi ꝓpter magnū spirituale nr̄i. Amplius. Inter regionē intelligibiliū seu mundū intelligibilem ⁊ intellectū nostrū nihil ē mediū. Si eñ aliqd esꝫ mediū illud esset intelligibile vel sensibile Nō sensibile cuꝫ omē sensibile infra intellectū sit ⁊ in regione que sub ipo est. hoc ē mundo sensibili. Intelligibile vero omne de mundo intelligibili ē. aut ipe mundus intelligibilis. Quare nō ē mediū int̄ mūdū intelligibilē ⁊ intellectuꝫ. pars eñ non potest esse media inter aliquid ⁊ suū totū Posset qdē media eē int̄ aliqd ⁊ residuuꝫ

Q sui totius. Inter intellectū igitur et sua intelligibilia nihil ē mediū. Eodēmodo est ostendere qꝛ inter affectū nostrū nobilem ⁊ sublimem. et sua nobilia seu desiderabilia nihil ē mediū quare inter spirituale nostrū totum et sua ꝑfectibilia. vt verbo generali vtamur nihil est mediuꝫ. Eque ḡ ꝓpinquū ē spūali nr̄o suū seculū. vt nr̄o aīali suū Qḋ ergo nō eque ꝑficit̄ nō eque mouetur ab illo vt animale nostrū a suo non est ex elongatione maiori seu ꝓpinquitate minori ad id. sed neqꝫ ex minore fortitudine cum dubitare non debeat seculuꝫ intelligibile ⁊ ea que in eo sunt fortiora eē ⁊ vehemētioris influencie q̄ꝫ seculum animale. ⁊ ea que in eo sunt. Quare insensibilitas ista seu tarditas spiritualis nostri. cum indubitanter ꝑuersitas sit atqꝫ malicia nobis innata. originale vicium est qḋ querimus contrariūqꝫ eius bonitas est ⁊ rectitudo virtus est ⁊ fortitudo illius.

Amp. Indecentissime ac puerissime ordinasset creator nostrū spirituale ⁊ nr̄m animale si illḋ debile ymmo quasi emortuū. et miserabiliter impedituꝫ ad suas ꝑfectiones creasset Hoc vero expeditissimū et ꝓmptissimū ad suas cum longe maior gloria sit creatori ꝑfectio nostri spiritualis q̄ꝫ ꝑfectio nr̄i animalis. Nobis etiaꝫ incōparabiliter maior vtilitas seu salubritas ē illa q̄ꝫ in alia. Siue ergo in gloriam suaꝫ siue in vtilitatem nostram. siue in ambas intenderit creator in creatiōe nostra. Nō ita illas ordinauit vt sunt. Ordinauit aūt animale nostrū vt est bene. Quare nō ordinauit spūale nostrū vt ē male. Quicqd aūt ipe non ordinauit in nobis. et ē in nobis naturaliter viciū est in nobis siue peccatū. Illud igitur viciū quo tardi seu difficiles seu pene in sēsibiles sumꝰ ad bona sublimia videlicet spūaliā et eterna in nobis est naturaliter siue originaliter. ꝓpter qꝛ et originale vocatur ⁊ innatū. Quinta ratio quia viciū recussima diffinitiōe proprie est quo male nos habemus ad bona opa reddenda hoc est tarde ⁊ difficile Ad mala vero bene vt ita dicamꝰ id est prompte et expedite. Quia igitur in nobis ē naturaliter et originaliter ista ꝑuersitas naturaliter et originaliter ē in nobis illud viciū. Poteris et iuxta vias istas multas similes inuenire Non aūt sufficere arbitramur tibi ad stabiliendū originale peccatū. hoc est ad faciendā certitudinē de eius esse et declarandū quod ipm est. Iuxta qꝛ ꝓmisimus Sexta via est quia quēadmodū anima humana in potestate habꝫ mouere ꝓut vult membra corpis sui. Sic et multo fortius in potestate debet habe

re naturaliter ipas vires suas que sunt tā
q̄ membra ipius. Quemadmodū igitur
quando potestatem nō habet mouendi
corporis sui membra. manifesta ē egritu-
do corpis que motuȝ hmōi impedit. Sic
vbi potestatem non habet mouendi mē-
bra illa sua spūaliter que diximus. Mani-
R festa ē ergo egritudo ipsius paralisis vl' fe
bris spiritualis. Eodem modo ꝛ de homi
ne ipo. Quemadmodum eniȝ difficultas
vel impotencia se mouendi scđm corpus
ostendit in eo egritudinem vel infirmita-
tem corporis. Sic difficultas vel impoten
cia mouendi se scđm spiritum. ostendit in
eo infirmitatem siue egritudinem spirit⁹
vel mentis. hoc autem in vnoquoqȝ nr̄m
manifestum ē. Non enim amamus quod
volumus. vel cum volumus vel prout vo
lumus. Similiter neqȝ odim⁹. et ad hūc
modum se habet de alijs motibus spūali
bus. Manifesta igitur ē in nobis ista quā
querimus egritudo mentis.

S P Ost hec put p̄diximus declarabi
mus istam corruptionem seu per-
uersitatem peccatuȝ esse verissima
nominatione. Qr enim vicium sit. eui dē-
ter apparet ex hus que iam diximus. Dici
mus ergo in p̄mis quia peccatum vna in
tentione dicitur actus vel eius p̄uatio. Fm
quem moduȝ nemo vnq̄ȝ sani capitis po
suit originale peccatum esse peccatū. Cuȝ
eñ in paruulis nascentib⁹ esse ipsum cre-
dat et docet omnis ecclesia sanctorū. qui
nihil egisse ante natiuitatem vel in ipa na
tiuitate quod peccatum dici possit a quo-
cunqȝ indubitanter credunt. dūtaxat hiis
exceptis qui animas antea in alijs corpo
ribus fuisse vl' in corpibus in stellis vanis-
sime sompniauerunt vel adhuc delirant.
Manifestum ē peccatū originale nō actū
ipm quo quis peccare vel peccasse dicitur
Catholicam doctrinam accipe salicet ma
gis peruersitatem de qua proximo locuti su
mus et qui argumentantur. Non pecca-
uit iste paruulus nec peccat. ergo non ha
bet peccatum. Manifestū ē. quia erronee
arguitur. nisi de peccato actuali conclusio
nem intelligant. Si quis eñ argueret
Hec auis non volat neqȝ volauit ergo nō
habet volatū. et iste equ⁹ nō cucurrit nec
currit. ergo nō habet cursum. Manifestuȝ
ē eum valde insipienter arguere. cū ad re-
motionē act⁹ remotio habit⁹ nō sequat̄.
Quia igit̄ de hoc nūq̄ȝ fuit contētio inter
nos et hereticos vel alios quoscūqȝ erro
neos. exceptis illis quos supra diximus.
Pertrāsibimus hoc plane dicentes. quia
paruuli nascentes nullū p̄sus habēt actu T
ale peccatū. sed originale eos habere dici
mus. Si eñ peccatū eorȝ eēt actuale. hoc
ē act⁹ eorȝ indebit⁹ vl' act⁹ debiti p̄uatio si
iā originale eēt illō id ē originalit̄ ꝯtractū
seu inditū neqȝ hereditariū seu a parenti
bus transductū. sed magis acquisitū ꝛ ad
uenticiū. Quoniam ergo vt recte dicit Ari
stoteles circa sensum sunt rectitudo ꝛ pec
catum. Manifestum est quia rectitudo ꝛ
peccata iuxta hanc vnam intētionem cō-
traria sunt. Quia ergo ꝓp̄ie rectitudo
est bona disposicio nostra p̄mitiue insti
tutionis cui puersitas ista originalis con-
traria ēet repugnās. Manifestū ē qꝛ scđm
hanc intentionē originalis ista puersitas
ꝓp̄e peccatū dicitur. Si eñ alterū opposi
torū duorū quorūcunqȝ de altero aliorū
duorū ꝓp̄ie dicitur et reliquū de reliquo
ꝓp̄e dicitur. Contraria eñ circa ideȝ. sicut
alibi didicisti ꝓp̄ie ꝛ fieri habent et dici.
Alio mō etiā peccatū nomine dicitur vide V
licet indecencia in eis que cōtingit gignit
aut pereat. Unde ꝛ peccasse naturam cō
muniter dicūt homines quādo gignit ho
mines senos digitos habētes in manib⁹
aut pedibus. Silr̄ quando gibbosos aut
alijs deformitatibus mōstruatos. Meri
to ergo peccatū nature dicitur silis indecē
cia. quādo videlicet gignit incuruatos q̄s
debuit gignere rectos. et animales quos
debuit gignere spūales et ad hūc moduȝ
se habet de alijs puersitatibus. Peruersi-
tas igitur ista originalis merito peccatuȝ
naturale dicitur ꝛ natiuū. Tercio sicut
virtutes noīa sua cōmunicāt actibus suis X
ita ꝛ vicia. sicut eñ largitas dicit̄ non solū
ipa virtus largiēdi sȝ etiā act⁹ ipius ꝛ mise
ricordia silr̄. Sic ꝛ peccatū nō solū vl' act⁹
vel viciū sed vtrūqȝ. Cū igit̄ ista puersitas
originalis habitus sit. non ē mirū neqȝ in
solitū ymmo certissimū vsu vulgarissimo
vt actus sui quod ē peccatū noīe ipsius cē
seatur. Sicut igit̄ luxuria dicit̄ non soluȝ
viciū carnis sed ꝛ actus eius. Sic ꝛ pecca-
tū dicit̄ originalis puersitas quemadmo
dum et omnis actus illi⁹. Quarto pec
catū dicit̄ vsualit̄ ꝯtrariū ei⁹ quod debet Y
esse in aliquo sic vrina dicit̄ peccare in sub
stācia vel colore videlicet cū hȝ ꝯtrariuȝ in
substācia vl' colore. Cōtrariū in q̄ȝ eius qđ

habere debuit. imo nihil potest dici pec-
cati. nisi illud cui⁹ cõtrariũ deberet habe
re. Quia igit̃ contrariũ originaliter habe
m⁹ eius bone dispositiõis quam natura
liter habere deberem⁹. Manifestũ ẽ nos
scd̃m hãc acceptionẽ peccati peccatũ origi
nale habere. Manifestũ etiã quia ⁊ scd̃m
hãc intentionẽ verissime ac ꝓprie originale
Z peccatũ dicit̃ peccatũ. Quintã autem
acceptionẽ vel intentionẽ addit Aug⁹. di.
Originale peccatũ dici peccatũ. quoniã ẽ
ꝑ peccatũ. quẽadmodũ loquela dicit̃ lin-
gua. Quoniã vt appet ẽ ꝑ linguã. quare nõ
intolerabili abusione peccatuꝫ originale
nominat catholica doctrina quemadmo
dũ neqꝫ loquelam linguam. Culpa vero
ꝑ eundẽ modum dicit̃. ꝑ qd̃ ⁊ vicium aut
peccatũ aut ꝑuersitas. ⁊ insup quoniaꝫ ꝑ
eo pena debet̃ qualis ⁊ qualiter infra de
terminabimus.

A Post hec vero respondebim⁹ obie
7j ctionibus eoꝝ qui originale pecca
ti ẽẽ negauerũt ⁊ adhuc negant ⁊
ꝓmuꝫ Juliano apostate qui cõtradicit in
hunc modum. Non peccauit qui genuit
nec peccauit q̃ peperit nec peccat qui nasci
tur ꝑ quas ergo rimulas inquit inter tot
ꝓsidia innocencie introiuit originale pec-
catũ in paruulũ. In quo rñdem⁹. quia ꝑ
carnẽ ex semine corrupto ⁊ corruptiue ge-
nitã. ⁊ ꝓpter hoc corruptã pariter ⁊ corru
ptiuã. Qualiter aũt hoc sit infra determina
bim⁹ in capitulo. ix. videlicet vbi declara-
bimus qualit̃ ꝯtrahat̃ originale peccatũ
et quomõ ex carne et ꝑ carnẽ corruptã aĩa
hũana corrũpat̃ hmõi corruptiõe. Si qs
aũt querat. cũ vtrĩqꝫ parentũ generantiũ
puuli mũdi sint ab originali peccato. ⁊ hoc
vel baptismali sanctificatione vel peniten
ciali. qualiter paruulus ex mũdis ⁊ sanctis
parẽtib⁹ imũdus ⁊ pollutus nascit̃ imun
dicia scilicet originali. Rñdet Augusti
nus. Quia quẽadmodũ ex circũcisis parẽ
tib⁹ nascit̃ ꝓpuciat⁹ fili⁹ ⁊ ex ordeo decorti
cato seu depaleato nascit̃ paleatũ seu cor
ticatũ. Hec aũt responsio ad hominẽ est ⁊
nodũ difficultatis nõ soluit. ꝓpter quod
adducimus. quia parẽtes sancti nõ ꝓpter
hoc q̃ sancti sunt id ẽ ꝑ sanctitatẽ generãt
sed ꝑ hoc q̃ homines ⁊ ꝑ carnẽ et a carne
exit qd̃ trãsfundunt in ꝓlem. et ꝓpt̃ hoc
carnalẽ corruptionẽ. id ẽ vim corrũpendi
que in carne ẽ eoꝝ transfundunt in carnẽ
ex eis genitã. quo nihil naturalius ẽ q̃ꝫ vt
caro sibi similẽ generet. videlicet corruptã.
corruptã. ⁊ corruptiua corruptiuã. Or
si querat quis cũ caro parentũ mũdata sit
ab hmõi corruptione in hoc lauacro salu
tari igit̃ nõ debet generari nisi mundam.
Hic responsio Augustini vtrãqꝫ locuꝫ ha
bet. Quoniã et si ꝓpuciũ a carne parentũ
actualiter ablatũ sit ꝑ circũcisionẽ. tamen
potencialit̃ ẽ in illa. qd̃ euidẽter ostendit ge-
neratio que ex illa fit ⁊ ꝑ illã. quemadmo
dum ⁊ in semine humano potencialiter ẽ
totuꝫ corpus qd̃ ex eo ẽ generale. Similit̃
⁊ oẽs ptes illius. Sic ẽ de corruptiõe quã
diximus id ẽ de virtute corrũpendi q̃ in car
ne etiã mũdata ꝑ baptismũ remanet. licet
deiecta et subiecta vt omino nõ regnet cõ
ꝓmente eã ⁊ calcãte grã baptismali nõ eã
fundit⁹ extinguẽte neqꝫ radicit⁹ extirpãte.
Sed quemadmodũ serpẽs capite contri
to caudã atqꝫ residuũ corpis gerere vl' agi
tare nõ cessat. Sic et pestis ista ꝓmos mo
tus pene incessanter excitat ⁊ hoc ẽ qd̃ ibi
dicit̃. Tu ꝯfregisti capita draconis. ⁊ iteꝝ
Tu cõtribulasti capita draconũ in aquis
scilicet baptismalib⁹ ꝓpter qd̃ dicit Aug⁹
sup. vij. ad Romañ. Quia iacet originale
peccatũ in eis qui lauacro salutari renati
sunt vt deiectũ atꝫ ꝑemptũ ne resurgat ad
ꝓstinas vires videlicet vt regnet ⁊ dñetur
nisi quis ꝑ nouũ ꝯsensum denuo ei vires
reddiderit. ꝓpter hãc causam circũspecte
dicit Aplus in. vij. ad Romanos. Non re
gnet peccatũ in nr̃o mortali corpe. vbi au
gustin⁹ exponẽs ait Nõ dixit non insit. re
manet enĩ vt dixim⁹ post salutaris lauacri
mũdationẽ in regnãtis. quemadmodum
ignis extinct⁹ aque ꝑfusione. in quo ⁊ ali
quid caloris. ⁊ fum⁹ cõtinuus remanet.
qd̃ quidẽ facile reaccẽdit̃ vt ardeat in cõ-
bustionẽ illius in quo ẽ. Eodeꝫ mõ et ista
pestis calere et fumare nõ cessat. Verũta-
mẽ non in ardorẽ ⁊ cõbustionẽ p⁹ lauacri
salutaris aspsionẽ. nisi vt dicit Augustin⁹
ꝑ consensum fuerit reaccensus. Et attẽde
diligẽter quia multa ẽ differencia inter ab
lationẽ peccati originalis que lauacro sa-
lutari efficitur. ⁊ ablationẽ ꝓpucij quod ꝑ
circũcisionẽ tollitur ⁊ ablationẽ silr̃ palee
Primũ in hoc. quia nec ꝓpuciũ nec palea
reuertit̃ post ablationẽ sed nec vllũ alter-
uterus vestigiuꝫ relinquit̃. Pestis autem
hec originalis ⁊ facile reuertit̃ et magnuꝫ
ei⁹ seminarium. etiam post baptismalem
ablutionem relinquit̃ qd̃ scaturigo ꝓmo-

rū motuū euidēter ostēdit. deinde quāq̄3
victū ⁊ eoasq3 separatū sic p gratiā baptis
malem vt ipm peremptum dicat augustin⁹
Rebellat tamen adhuc et latrunculos p̄s
moꝝ motuū vt diximus. Ymmo exercitus
magnū carnaliū desideriorū aliarūq3 no
xiarū affectionū et cogitationū ad militā
dū cōtra sanctos immittere nō cessat. Si
cut expisse testat Petrus in .2. p̄me Cano
nice sue. Obsecro vos abstinere a carna
libus desideriis que militāt aduersus ani
mā exceptis paucis p̄uilegiatis in quibus
funditus extinct⁹ fuit aut oīno sublat⁹.
quemadmodū de beata ac gloriosa geni
trice dei sentiendū ē. et maxime postq̄3 cō
cepit saluatorē dn̄m. Si quis aūt que
B rat cū omne peccatū nostruz in anima sit
sicut ⁊ virtus et etiā viciū. quomō peccatū
hoc in carne esse vl' habitare dicat ab apo
stolo in .vij. ad Romanis. Facile responde
ri potest quia causaliter ē carne q̄m ex illa
latet in anima. quāuis ⁊ caro intelligi pos
sit ipm carnale et animale nostrū de quo
tamen multa supra locuti sumus. Et hoc
modo intelligitur sm Augustinū in .v. ad
Galathas. Caro cōcupiscit aduersus spi
ritum et spirit⁹ aduersus carnem. Ibi em̄
dicit idem vocari carnem ⁊ spiritus. s3 car
nem scdm id quod habet a pte carnis. id
ē sm id quod habet carnale vel animale.
Spiritum vero scdm id quod habet et se
hoc ē scdm id quod habet in se sublimi⁹
scilicet atq3 nobili⁹. Si vero querat aliqs
cū illa immūdicia siue corruptio q̄ in car
ne ē. ⁊ ex qua peccatū originale in anima
bus nostris fit. pp̄e peccatū non sit vl' vici
um spirituale. quomō peccatū vel viciū
spirituale generat in anima ⁊ hoc natura
liter. Naturalit̄ em̄ corrūpunt anime hu
mane corruptiōe hmōi a sic corruptis cor
porib⁹. Rn̄debim⁹ ad hec ⁊ similia infra.

Si vo quis dicat quia cū deus pronior
sit ad bn̄faciendū generi hūano et miserē
dū eidē. cū ergo vel pmittat vel faciat ipse
qd̄ trāsfert peccatū parentū in filios quā
to magis ptinet ad eū facere qd̄ meritum
seu sanctitas parentū trāsferat in ipos. Et
nos quidē iā respondim⁹ ad hoc. q2 nō p
meritū vel sanctitatē generāt neq3 p ea ge
neratiōe inq̄3 carnali sed o carnē et carna
litatē. ⁊ ido qd̄ carnis est seu carnalitatis
trāsfundūt in filios. In generatiōe autez
spirituali secus ē sue sit p doctrinā ⁊ p̄dica
tionē siue p sacramentū. Iuxta qd̄ dicit ve
ritas Iohānis .iij. Qd̄ natū ē ex carne ca
ro ē. ⁊ qd̄ natū ē ex spū sps ē. In genera
tione nāq3 spūali merito trāsfert qd̄ ē spu
rit⁹ vt doctrina ⁊ gr̄a. Per p̄dicationē em̄
doctrina. p sacramentū gr̄a trāsfert in spi
ritualiter genitos. Merito aūt querit
vtrū peccatuz originale a deo sit. videt q2
nō cū em̄ dicat Iohannes in p̄mo. Sine
ipo factū ē nihil. Exponit Aug⁹ id ē pecca
tū. Oīa aūt p ipm facta sunt q̄ vtiq3 lau
dāt deū vt dicit aug⁹. Peccata autem nō
ipm laudāt. ymmo ipius ɔtumelie ⁊ iniu
rie ipius sunt. quare peccatū neq3 origina
le neq3 actuale p ipm vel ab ipo factū est

Amp. Ipm peccatū qd̄ apl's dic habi
tare in carne. id ē vis illa corrūpendi aiaz.
vnde ē nisi a deo. et qd ē nisi creatura dei.
Nō em̄ videt humanū op⁹ cū ab oīno
nesciētib⁹ et penit⁹ inuitis parētib⁹ trāsfun
dit a carne in carnē. Ampli⁹. In sancti
ficatis plene qd̄ vaq3 sunt baptismali san
ctificatiōe renati vel remanet in quib⁹ ni
hil remanet qd̄ nō sit opus dei. ⁊ cui⁹ nō
sit deus auctor. totaz em̄ abluit et abradit
baptismalis sanctificatio qd̄ ex deo nō ē.
Nō aūt tollit illā corruptionē a carne. illa
ergo ex deo ē. Ampli⁹. Quicqd nō ē vl'
culpa seu culpabile vel peccatū aut actua C
le aut originale ex deo ē. corruptio igr̄ illa
ex deo ē. ergo qd̄ ē ex illa naturalit̄ et p se
ex deo erit. In q̄ sciendū est multos di
xisse et adhuc dicere qd̄ peccatū originale
⁊ culpa ē ⁊ pena ē. ⁊ quia inq̄ntum culpa ex
deo nō ē. sed inq̄ntuz pena. Oīs em̄ pena
vt etiā videt ex deo ē. Isti aūt maiorē diffi
cultatē sibi assumūt. Primū quia cū pecca
tū origiale vnuz numero ⁊ impartibile sit in
anima vna. vl' totū ē pena. vel totū culpa.
vel totū vtrūq3. Nō em̄ potest dici de re i
ptibili q2 sit p vnū hoc ⁊ partim illud. Qua
re totū et totaliter et pena et culpa. Et p
pter hoc totaliter ex deo ⁊ non ex deo.

Amplius. Qualiter dicūt q2 oīs pena
ex deo ē auctore totalit̄. Pena igit̄ inuidie
qua torquet inuid⁹ ex aliene bono ex deo
erit similit̄ et deturpatio qua ei⁹ anima de
formata ē Siīr dāpnificatio qua etiā aīa
p omne peccatuz depauperata ē bonis
spūalibus et lesa in naturalibus. Quare
nihil habebit inuidia quod totum ex deo
non sit. et ad hūc modū se habet de odio
⁊ de aliis. Nos aūt facile nos expedium⁹
et dicimus quia peccatū ⁊ viciū spūale ex D
deo nunq̄3 ē ymmo cōtra ipm. Nulli⁹ em̄

rei cuius auctor est deus vltor est ipe sicut
dicit Augustinꝰ in libro octoginta trium
questionū. Nihilominꝰ tamē verū est ꝙ
corruptio que in carne ē qua sociataꝫ ani
mā ita corrūpit atꝫ puertit ex deo ē. Nec se
quit ex hoc ꝙ corruptio vel puersitas ista
videlicet quam in anima efficit ex deo sit.
Queādmodum qua inebriat et subuertit
animā immoderate bibentis ex deo est ꝛ
creatura eius bona, nō tamen subuersio
aut ebrietas bibentis ex ipo ē licet hoc na
turale sit alicui vino inebriare animas q̄s
dam. Hoc eīn ē ex debilitate ipsarū. Que
dam eniꝫ anime mero facile inebriabiles
sunt. Idem dicimus et de diuicijs q̄ vtiqꝫ
dei creature sūt bone. ꝛ indubitāter ex ipo
vel ab ipo ꝛ ita corrumpunt animas atqꝫ
subuertunt sicut dicit Seneca Difficilimū
ē diuiciarum cōtubernio nō corrumpi. Et
Ecclesiastici. xj. Fili mi si diues fueris non
eris immunis a delicto. Qꝫ si dixerit
quis quia iste corruptiones sunt ex mala
applicatione vini et deliciarū ꝛ diuiciarū
ad animas. cuiꝰ applicationis malicia ex
E deo nō est. Verū quidem dicit. Accidit ta
men interdū vt ex bona etiā applicatione
occasionaliter corruptio ꝓueniat. sicut cū
aliquis bibit vinū causa sanitatis. potest
ex hmōi potatiōe ꝓuenire ebrietas. siīr et
cum aliquis ꝯgregauit diuicias vt eas in
paupes erogaret vł in alios pios vsus ex
penderet. eorū tamen ꝯtubernio interdū
corrumpit̄ et hoc ē vel auaricia que est im
moderatus amor earū vel supbia q̄ mor
bus diuitū ē vt dicit Augustinꝰ Nec sequi
tur si corruptio illa que in carne ē ꝛ coniū
ctio carnis ad animā sit a deo. Similiter
ꝙ ꝓpter hoc corruptio que ex huiusmodi
ꝯiunctione in anima humana efficitur ex
deo sit. Sic quemadmodū cum vir ꝛ vxor
vterqꝫ a deo sint. ꝛ cōiunctio matrimonia
lis alterius ad alterū ab eodem. ꝙ ꝓpter
hoc quicquid mali ex ꝯiunctione illa acci
dit ex deo sit vł eidem attribuendū. Quē
admodū enim pulchritudo hmōi mulie-
ris ex deo ē et cōiunctio ipius matrimoni
alis ad maritū ex eodeꝫ. si tamen pulchri
tudo eiusdem mulieris cordi mariti illabi
tur ꝓfundius q̄ deceat. ipmqꝫ in seruitu-
tem amatorie libidinis redigat p incuriaꝫ
vł infirmitatem ipius mariti non deo im
putandū ē hoc qui nec ꝓpter istā turpitu-
dinē eos cōiūxit. Nec ꝓpter hoc pulchri
tudinē vxori dedit vt maritū p eaꝫ obceca
ret atqꝫ subuerteret. Sic carnem licet corrū
ptam. Non ꝓpter hoc deus anime hu
mane coniunxit vt eam in originalē corru
ptionē transuertat. ymmo potius vt eidē
seruiat neqꝫ ad hoc corruptionē. id ē vim
corrumpendi que in carne est carni ididit
vt p eam anima humana tā pniciose sub
uerteret. quin potius ꝓpter innumerabi
les vtilitates que occasionaliter de corru-
ptione hmōi ꝓueniunt. de quibus in eui
denti sunt due scilicet humilitas et timor.
Nihil eīn magis humiliat animaꝫ huma F
nā q̄ pene assidua vilificatio et contume-
lia quas a parte carnis patit̄ rememoran
tes ei et tam crebro brutalitatem istaꝫ ori
ginalem qua homo compatus ē iumētis
insipientibus et similis factus est illis. Ni
hil maioreꝫ timorem prudentibus anima
bus incutit q̄ crebra in eas immissio iacu
loꝝ mortiferoꝝ. quod si admittantur ꝛ nō
repellantur mortē pessimam que est sepa
ratio animarū nostrarum a deo nō soluꝫ
minantur sed etiam inferunt. Hij motus
velut scintille stimulantes incendium. nō
solū ardorem libidinū in p̄senti. sed etiaꝫ
ignis eterni in futuro. Sunt et alia pene
innumera quibus ad humilitateꝫ ꝛ timo
rem ex antedicta carnis corruptiōe ad hu
militatem et timorem aliasqꝫ virtutes mi
rabiliter ꝓficiunt anime in hac parte cele
sti magisterio erudite. Summa ergo G
est huius responsiōis quia quod accidit ex
causa quacunqꝫ. nō ꝓpter hoc attribuen
dum est cause ipius sed solum id quod ex
illa p se et directe causatur. p se auteꝫ et di
recte ex vnaquaqꝫ causa puenit et causat̄
id ꝓpter quod vel ad quod ipa causa est
Si enim rex aliquis dedit potestateꝫ iusti
ciam faciendi p̄posito suo. Ille autem ab
utēs potestate hmōi occideret aliqueꝫ in
nocentē. Licet potestas ex qua illa occisio
innocentis ē a rege sit. non tamen occisio
illa a rege ē. vel regi vlla tenus imputāda
quoniā non p se ꝛ directe ex illa potestate
ē. sed magis ex accidenti ꝛ p abusionem ꝛ
quasi ex transuerso. Non eīn ad hoc vł ꝓ
pter hoc data erat a rege potestas illa p̄-
fecto sic dicimꝰ ꝛ de corruptiōe q̄ in carne
ē. Si quis aūt dixerit ꝙ quicqd natu
raliter in quacunqꝫ natura ē a deo est. Ve
rū vtiqꝫ dicit sed originale peccatū siue ori
ginalis corruptio non naturaliter in ani-
mabus nostris ē. ymmo cōtra naturā ani
marū nrarū ē. in maximāqꝫ lesionē et pni

ciem carni nec sequit etiā si naturali opati
one carnis corrupte ē in animab⁹ nostris
ꝙ ꝓpter hoc naturalit̄ fit in eisdem. quē-
admodū naturali opatione ignis ē in fer
ro vel crematio in lignis. nō tamē natura
Si cui autem videatur quod morio ex sola originali corruptione perpetua desipiencia laboret. errat proculdubio. Si enim ex sola illa esset. omnes homines in quibus illa est moriones essent cum eadem causa in omnibus sit. Adiuuatur ergo originalis corruptio sicut diximus in morionibus ad humore aliquo vel fumo obtenebrante partem illam capitis in qua ratio inferior operatur. Sic et dicimus in his qui amiserunt memoriam. et ad hunc modum se habet de aliis. Si quis autem dicat. quia cum originale peccatum vicium vnum sit. debet esse in vna sola vi. vel secundum illam solam quemadmodum se habet et de vnaquaque virtute. Quod si est sequitur ergo quod vna sola ex viribus anime humane sit corrupta vel infecta ex illo siue per illud. Videlicet ista in qua vel secundum quam est. Quemadmodum se habet et de vnaquaque virtutum quod illa vis sola in qua vel secundum quam est decoratur et ornatur per eam. Manifestum autem est a sensu. quia pestis ista in totam animam puagata est et diffusa et totam turbidam efficit ac turbatam. totamque brutescentem quantum ad id quod est in ea precipuum et nobile. excepta vt multi et magni dicunt sola synderesi que est sublimissima ac nobilissima pars eius quod est in ea nobile ac sublime. quam scilicet synderesim nec in cayn qui tam malus tamque peruersus fuit. fuisse dicunt extinctam quamuis autem extincta non fuerit. Tamen dubium esse non debet. illam in vnoquoque habente originale peccatum multum esse turbatam a puritate sua et sublimitate sua multum esse depressam. Responderunt autem et adhuc respondent multi in hoc dicentes reuera plurima esse originalia peccata videlicet tria in vnoquoque secundum tres vires. vnum enim peccatum contendunt esse vniuscuiusque trium virium corruptionum per se et tres triumvirium corruptiones originales tria originalia. opinionem suam confirmantes ex eo quod super psalmum dicitur. tecta originalia peccata. et super. xvi. Mathei dicit auctoritas Bede. a seruo ne

quã qui dimittere noluit conseruo suo.re
petenda esse non solum actualia sed etiã
originalia. Nos autem iam diximus propter
D quid et qualiter et vnum et multa dicant
Alij vero dixerũt in hoc originale pec
catum corruptionẽ esse virtutis nostre cõ-
cupiscibilis et esse principaliter in ea. Ve-
runtamen redundare in alias vires, cõcu
piscibilem autem vim tanq̃ principale sub
iectum pestis istius corruptam pariter esse
et infectam ab ipsa. Alias autẽ corruptas
tantum intelligentes infectionem profun
datam et intimatam corruptionem. Cor-
ruptionem vero sine additione exteriorez
dictam solummodo et quasi superficiete-
nus deteriorationem vel obscurationem
Alij vero dixerunt de irascibili. idipsum
quod isti de cõcupiscibili isti autem erra-
uerunt indubitãter et adhuc errant. For
tassis autẽ in hanc opinionẽ inducti sunt
quia potissimum senciebant vexationes
et insultus a corruptione virtutis concupi
scibilis. et ideo iudicauerunt corruptionẽ
eius profundam et intimam. Error autem
ipsorum destruitur euidenter a sensu. Nõ
enim minori difficultate resistitur cogita-
tionibus q̃ primis motibus concupiscenci
arum. et de omnibus vicijs que sunt in vi
rationabili similiter se habet. qualia sunt
tarditas obscuritas similiter credendi le-
uitas. Eodem modo quedam suspitiões
et quedam dubitationes. et ad vltimum
incredulitas scilicet siue infidelitas et vici
um quod spiritus blasphemie nominat
Si enim difficultas separationis aut pur
gationis signum et iudicium certum ẽ pro
funditatis et intimiationis cum nõ minor
sit difficultas separationis prenominatorũ
viciorũ a virtute nostra rationali q̃ a vir
tute illa concupiscibili separationis. Isto
rum ergo non minor profunditas seu inti-
miatio q̃ illorũ. Qr si dixerit. quia de
vicijs aduenticijs. Hoc verũ est et de ori
ginalibus non. Respondem⁹ q̃ si in
ramis ẽ equalitas naturaliter erit et in ra
dicibus. et si in fructib⁹ erit in seminib⁹
et generaliter si in effectibus et in causis.
Cum igitur originales corruptiones in pre
nominatis viribus cause sint aduenticio-
rum viciorum in illis. et hec equalia erũt:
et cause eorum siue radices ille originales
equales Amplius. Quis inter morbos
spirituales difficilius curatur q̃ morbus
blasphemie. Qr si difficultas curationis
morbi profunditatem euidenter indicat.
manifestum est non minus profundatam
esse maliciam siue originalem siue aduen
ticiam in vi rationali q̃ in alijs. Am-
plius. Cum anima humana impartibilis Q
sit qualiter dicant in ea aliquid corruptũ
tm̃ aliud infectum simul atq̃ corruptum.
Affirmatio enim et negatio non dicuntur
de eodem scd̃m idem. Infectio autem et
nõ infectio. affirmatio et negatio sunt qua
re non dicuntur in anima humana scd̃m
idem sed neq̃ scd̃m diuersa cum in ea nõ
inueniantur Diuersa enim in impartibili
et que contraria suscipiant nec intellectus
admittere posse videtur. Propter hoc di-
ximus. quia vna est infectio hec turbans
atq̃ peruertens totam animam ac deprimẽs
eam. vt sepe iam diximus. quẽadmodum
vna est ebrietas in ebrio que totum illum
alienat atq̃ subuertit. et omnes vires ani
me in eo turbulentas efficit et turbatas.
Nec adhuc cogitauit aliquis tres ebrieta
tes in vno homine ponere: vel in anima
vna propter tres vires ipsius. Sicut ergo
ebrius quotcunq̃ habet officia. nullũ eo
rum composite aut laudabiliter exequit
pre ebrietate. ymmo omnia turbate atq̃
peruerse agit. Sic anima humana ori-
ginali corruptione debriata nullum et of
ficus virium suarũ vt decet exequit quin
potius econtrario. De sinderesi vero
quod dicunt quia superior pars rationis
ẽ nec in cayn extincta fuit iam determina-
uim⁹. Qualiter, est pars videlicet. q: nõ
proprie ymmo ipsa anima est humana scd̃m
essenciam. Ex officio autem diiudicandi
sublimia spiritualium atq̃ celestium eisq̃
adherendi atq̃ in eis conseruandi. synde
resis dicitur quasi seorsum diuisa ac segre
gata ab inferioribus atq̃ carnalibus. Et
licet in cayn extincta non fuerit penitus in
morionibus tamen et continue furiosis ex
tincta est penitus aut absorpta. Ques-
reret autem aliquis cum peccatum primo-
rum parentum per vim gustabilem com
missum sit et per ipsa instrumenta gustabi
lia. non autem per vim illam concupiscibilẽ
aut per instrumenta generatiua qua dei iu
sticia et quo iure vis illa tanta infectione
et corruptione punita est tantaq̃ rebellio
ne membrorum sibi seruientium. vel etiã
anima scd̃m illam. Et dixerunt quidã
in hoc. quia vis gustabilis et eius vsus ad R
conseruationem vite necessario reseruata

est. et ppter hoc vsus eius moderat⁹ non habet culpam. vsus vero virtutis nr̃e concupiscibilis ad generandũ non habet illã necessitatem. ꝛ ppter hoc totus eius vsus a pmo motu vsq₃ ad vltimũ culpabilis ẽ ac viciosus. nisi sacramento matrimonij excusetur et purget. Justicia autem dei in hoc euidens ẽ. ꝛ peccato illi congruentissima retributio. vt p mulierem torqueatur scđm vim concupiscibilem qui p mulierẽ peccauit. ꝛ ab ea paciatur ardores concupiscenciarũ acerrimos ꝛ cruciatus acerbissimos. q₃ neglecto dei mãdato noluit contristari similiter ꝛ ab ea prematur ac seruitute turpissima cui regendo et corrigendo noluit sanctissime dominari ab inicio. Et vt eam sequat̃ ꝛ post abeat turpissima vrgente concupiscencia quã post se trahere ad deum debuit. ꝛ a suggestione retrahere serpentina. Et quemadmodũ dicit Augustin⁹ in suo inferiori quod sepe dixim⁹ animale. siue in corpe in obediencia paciatur atq₃ rebellionem qui suo supiori id ẽ deo illa irrogauerat. In membris autem genitalibus manifestius hanc cõtumeliã paciatur. vt p generationẽ viciũ illud traduxisse a pmis parentibus reminiscẽs recognoscat. et filium ire se natum esse recogitans graciã redemptoris et regenerationis dei semper in corde habeat. Quicqd aut dicat aliqui vis gustabilis punita est vel homo scđm illam fame et siti. In oculis etiam inuenitur cõcupiscencia. ppter quod ꝛ tam crebro forsitan dicatur ꝯcupiscencia oculoꝝ. Expsse autem Pe. scđe. ij. Oculos habentes plenos adulterijs ꝛ insanabilis delicti vnde et aug⁹. Non dicatis vos habere animos pudicos cũ habeatis oculos impudicos. Impudicus enĩ oculus impudici cordis ẽ nuncius. Similiter et prurigo viciũ est in auribus. ppter quod dicit Apostolus in. iij. ij. ad Thymõ Coaceruabũt sibi magistros prurientes auribus suis ꝛ omnino nihil inuenientes in hominib⁹ quod lepra originalis nõ maculauerit. Quoniã aũt istã corruptionem ꝛ

S totã sequelam eius ptolome⁹ et haly alij q₃ astronomi qui de natiuitatib⁹ multa scribere quasi vaticinãdo atq₃ pdicendo psumpserũt totã attribuũt cõstellationib⁹ ꝛ horis natiuitatũ necesse habem⁹ aliqd dicere cõtra istã insaniã. ppter simpliciũ ꝛ stultoꝝ multitudinẽ. qui quecũq₃ famosos homines hmõi q phylosophi habiti sunt scripsisse vel dixisse audiũt. vel ex sapienciali ꝓfunditate: vel tanq₃ ex ꝓphetica sublimitate scriptũ vel dictũ credunt. Primũ ergo dicimus illud. quia hora p illud quod ẽ hora nihil potest siue sit natiuitatis siue alterius actus vniuersalis. vel quecũq₃ alia pars tpis ꝛ hoc ẽ quoniã cũ temp⁹ sit vnũ continuũ omnino merũ et vni⁹ nature in omnib⁹ ptibus suis nihil potest vna quod nõ possit quelibet alia vel ipm totũ sicut nihil potest q̃libet ps ignis quod nõ possit alia quelibet vel totus ignis. Potest forte quidẽ min⁹ aut mai⁹ aut magis aliud aut scđm genus vel speciem. nõ potest pars hmõi totus q₃ ipm totũ naturaliter. Amplius. Omnis partus humanus anteq₃ nascat̃ habet omnia que naturaliter habere debet nisi vel abortiuus sit vel alias occasionatus. Hora ergo natiuitatis nihil addit naturalibus ipius et hoc appet in membris ꝛ in virib⁹. Si enĩ monstruosus format⁹ partus ẽ. mõstruositatẽ illam nõ afferret ei hora natiuitatis verbi grã. Si senos digitos habẽs in pedib⁹ vel manib⁹ nullũ ex his detrahet ei hora natiuitatis. Silr̃ si mancus fuerit nõ addet vel supplebit ei manũ. Eodem mõ se habet ꝛ in viribus. Si enĩ scilicet cecus erat ꝛ in vtero matris. nõ illuminabit eũ hora natiuitatis nec ecõuerso. Eodẽ mõ se habet si strabo vel recti visus fuerit. manifestũ ẽ. quia de instrumẽtalibus et naturalib⁹ partus nihil immutat hora natiuitatis. Alioquin nõ natiuitatis esset hmõi exitus sed generatio vel alteratio ꝙ qua manifestum ẽ a sensu quod omnino ibi nõ ẽ. Plene enĩ formant̃ part⁹ humani in ventribus matrũ. nisi impediant̃ vt pdiximus siue intro impediant̃ siue nõ tales egrediunt̃ et quales intus erat q̃ntu₃ ad omnia naturalia et ĩ ptubus quidẽ aliorũ animaliũ. que pfectus partus pariũt nec pilũ vnũ mutari in natiuitate. vnde ergo ista diuersitas in partubus humanis.

Amp̃. Omnia naturalia habent vnũ quodq₃ generabiliũ a generãtib⁹ et generationẽ adiuuãtibus ꝛ nihil ex hora. et pmũ quidẽ in inanimatis hoc manifestũ ẽ **L**
Glacies enĩ si generet̃ ex aqua quacunq₃ hora generetur ex illa totu₃ quod h₃ a frigiditate et siccitate que sunt cause efficientes generationis ipius. ꝛ cũ his ex aqua q̃ ẽ causa materialis eiusdẽ locus generationis adiuuat etiã generationẽ ipi⁹. et in

terdū addit eidē siccitatē. quemadmoduȝ
cū fuerit petrosus aut aliter siccus. Idē di
cendū et de igne et de alijs. In anima
libus a ūt adeo apparet euidenter q᷑ oēs
naturales dispositiones a generantibus
sunt. id ē a patre ⁊ matre vt homines ipa
natura docuit exquirere bonos generan-
tes. cum ex eis voluerit habere bonos fe-
tus sicut manifestū ē in equis ⁊ in mulis ⁊
in canibus. Horas autē natiuitatū hmōi
a fetuū non curant scientes bonitatē et no-
bilitatem fetuū ex generantibus solūmo-
do esse. dūmodo ꝓut decet et natura eoꝝ
exquirit ad generandū parentes conueni
ant. Adeo enī totū quod naturale ē vola
tilibus ex ipis bonis eis est vt non ꝓprijs
parentibus cubanda vel fouenda. sed in
terdū alienis supponerent. sicut appet de
ouis anserum ⁊ anetū. que gallinis cubā
da atq; fouenda multociens supponunt
nec tamen inde generantur nisi anseres ⁊
anete. ⁊ hu nō aliarū dispositionū in ali-
quo q̄ȝ si oua ex quibus geniti sunt a pro-
prijs essent parentibꝰ cubata. Quomodo
ergo hora generātis natiuitatis aliqd ad
det vl' minuet naturalibꝰ huiusmodi ani
maliū quādo ipe cubator qui quasi pater
videtur esse eoꝝ nihil addere vel detrahe
re nihil omīno mutare potest tam abscō-
so officioso actui tanq; vicino eidem.
Amplius. Hora illa natiuitatis. neq;
vicinior ē naturalibus eoꝝ q̄ȝ alie hore vi
f te ipoꝝū. Unde ergo erit hoc vt plus ope-
retur in ea q̄ȝ aliqua aliarum horarum.
Quod si dixerit quia hoc est ex constellati
one siue figura celi i hora illa. Et hoc ipm
querimus quid de hora illa ad celum po
tius q̄ȝ de alijs. nec enī vicinior aut heren
tior est celo q̄ȝ alie totū enī tempus equa-
liter ⁊ vnomodo ꝑ omnia mensura ē mo
tus celi. ⁊ partes eius mēsura partiū eius-
dem motus absq; vlla diuersitate vel dif
ferencia. Nec aliud est in se vel compara-
tione celi ipm tps vel pars eius quecunq;
ex eo autē q᷑ mensura nihil amplꝰ habet
vel potestatis vel dignitatis infortune vl'
infortunij vna hora q̄ȝ alia. In hoc enim
⁊ equales sunt et equaliter se habent per
omnia. quare q̄ntum ad hoc non plus at
tendenda ē vna q̄ȝ alia. Amplꝰ. Exte
detur ne ista virtus et potestas cōstellatio-
nū ad alia animalia q̄ȝ ad homines. Ui
demus enī quedā silia euentibꝰ hominū
euenire et equis. Alij enī moriunt gladio
quemadmodū et homines. alij enī depu-
tantur bellis et armant vt homines. Alij
habentur vt a regibus ⁊ honorant vt nō
alios habeant sessores q̄ȝ reges. et quidā
eoꝝ non alios sessores paciunt q̄ȝ reges
sicut equus alexandri regis qui vocatꝰ fu
it bufal. Amplius. Alij deputant vi-
libus officijs vt eportādis stercoribꝰ. alij
lapidibus euehendis. alij turribus. alij q̄
drigis. alij agriculationibus. alij equitati
onibus et similes pene diuersitates inue-
niunt in hominibus. Quemadmodū eī
quidam equorum seruiunt molendinis.
Sic et quidam homines siue molendina
aquatica fuerint siue alteriꝰ modi. Est
ne hoc ex cōstellationibus sub quibus na
ti sunt equi quēadmodū somphiāt de ho
minibus. vt quēadmoduȝ de alexandro
dicunt q᷑ ex cōstellatione ei fuit. quod rex
factus est. Sic etiaȝ de equo bufala. Est
ne factū ꝑ constellationē sub qua natꝰ fu
it. vt nō haberet sessorem nisi regē. Et quē
admodū quibusdam hominibus per cō-
stellationē factum est. vt sint agricole. Est
ne similiter equis fatum vt omni agricula
tioni deseruiant. Et ad hunc modū ē mo
lendinarijs equis erit ne quemadmoduȝ
de molendinarijs hominibus. ⁊ an erit si
militer in alijs equoꝝ diuersitatibus. Quod
si ita ē. erit ne similiter ita de omnibus vt ex
constellatiōibus in quibus nate sunt aliꝫ
efficiantur cibus regibus et pellicie rega-
les vl' sacerdotales vel religiosorum ⁊ de
lanis earum. erit ex constellatione vt inde
fiant vestes regie vt sacerdotales vel rusti
cane. Quarundam vero carnes comedā y
tur a lupis vel alijs bestijs vel comedant
ab hominibus vl' morbo pereant ⁊ putre
scant. ita vt non comedantur. ⁊ procedet
hoc usq; ad mures et passeres aliaq; mi-
nuta animalia. vt totam vitam eorum vi
ctum et etiam mortem disponant sub cō-
stellatione sub qua nascūtur et pendebit.
quid ex constellationibus illis. vt quedaȝ
musce capiantur ab araneis. quedam ab
yrundinibus quedam aliter pereant. et vt
quedam viuant in natum in domibus re
gia et ibi moriantur. Quedaȝ in domibꝰ
rusticanis. et tandē ad pilos singulos la-
narum barbarum et superciliorꝫ. Descen
det ne illa virtus constellationum. vt alij
huiusmodi pilorum tondeantur alij radā
tur alij vrantur. alij perpetuo nutriantur
sicut apud grecos et barbaros. Et iterum

alij de pilis lanarum . alij deputātur vesti bus regijs aut aliorum hominum pro diuersitate constellationum suarum. Non enim sole generationes hominum ex constellationibus pendere videtur. Quomodo ergo disponunt totam vitam hominū et alia negligunt. maxime cum tanta sit similitudo euentuum humanorum et aliorum animaliū et etiam vegetabilium.

Q si dicent. quia celi ꝛ stelle atq luminaria homines curant ꝑpter nobilitatem suam naturalem. Alia vero tanq̄ ignobilia preteruent. Duobus modis errant. Magis enim natura curat alia q̄z homines. Homines enim seipsos singuli regunt. et ab alijs inuicem reguntur. Alia vero a sola natura regi videntur. quare si ipsa celestia ipsam naturā regunt. regunt ex necessitate quicquid regitur ab illa. Amplius. Magis indigent ducatu et regimine celesti alia animalia et etiā vegetabilia quā homines. et magis etiam apparet in eis Z omnis effectus illorum. Qualiter ergo illa preterit vel negligit ducatus celestis. Et manifestum per se videtur q vniuersaliter ad minima attingit illa virtus celestis. sed forsitan non singulatim et non singulariter curantur vel reguntur ab illo. sed ꝛ hoc qualiter erit. vt in singulis hominum extendat se virtus illa singulatim. non in singula animalium et vegetabilium. ꝑsertim cum tanta prudencia singula generari regi et admynistrari videantur. Cura enī ꝛ admynistratio vniuersalis nullo modo sufficere vel efficere videantur. tam officiosam vt ita dicamus tanq ammirandam singulorum fabricationem et gubernationem. Amplius. Si quis statuam vel A vas quodcunq intra domum aliquaz fa 73 bricauerit. Nunquid hora ei exploranda est qua illam de loco illo extrahat vel educat. Nunquid ex exitu de loco sue fabricationis pendet aliquid de talibus vel etiā de fortuna vel infortunio ymaginis istius vel vasis. Et similiter si pannum texerint vel vestem fecerint in aliquo loco. Nunquid aliquid eorum que panni illius sunt vel vestis pendet ex hora extractionis sue de loco illo vel ex ipso exitu de eodē. quid de exitu vel de extractione ab huiusmodi loco ad fortunam vel infortunium rerum illarum. Quid est autē generatio partium humanarum in ventribus matrum

q̄z fabricatio quarundam ymaginum dei in locis illis. et quid natiuitas eorum nisi extractio vel exitus ymaginum hmōi in loco fabricationis sue nihil ergo de fortuna vel infortunio hominum ad horam natiuitatis ipsorum vel ipsam natiuitatem ipsorum. Q si dicent quia exitus vel extractio aliarum rerum a loco sue factionis vel fabricationis nihil facit vel operatur ad fortunam vel infortunium earum. Econtrario autem se habet in hominibus. Manifestum est hoc esse friuolum. ꝛ hoc apparet euidenter a similitudine ꝛ ꝑportione. Si vero dixerit quis q ducatus celestis ꝛ virtus constellationum non naturam disponunt hominum sed fortunam. et hoc magis inconueniens et magis manifestum. Primum. Quoniam non eis iudicio vel ꝑuidencia euenirent hominibus que eis eueniunt. neq scd̄m merita vel pro meritis ipsorum. Q igitur alius rex efficitur aut in alia dignitate vel officio constituitur non diuine ꝑuidencie et gubernatiōi sed constellationi sub qua natus est debebitur nisi forte dicat diuinam ꝑuidenciam vnicuiq ꝑcurare et ordinare qua hora ꝛ sub qua constellatione vnusquisq nascatur. Hoc autem manifeste friuolum apparet quia non naturali ordinatione fieri factum videtur. vt parentes ea hora commiscerentur vt tali sequente hora postea ille nasceretur. Ymmo potius casu verbi gracia. illa hora forte in eo incaluerant vel mutuo affectu inuicem prouocati sunt. vel amor prolis ex visu alio et auditu incitauit eos ad opus generationis. Videlicet quia cogitauerunt de rerum suarum amplitudine ꝛ affluencia. que ne deuoluerentur ad alios commouit eos vt darent operam liberis vel forte heredum eorum qui successuri erant in bonis ipsorū induxit eos ad opus generationis: que omnia casualia tm̄ videntur. et non ex preordinatione nature. Alioquin quam fabam comedat quis ꝛ quod etiam erit ex preordinatione nature et quelibet etiam minuta actuum nostrorum erunt ex constellationibus.

Amplius. Non ex hoc nec propter hoc illa hora sic se habuerūt stelle vt iste nasceretur. et talia ei euenirent. Si ergo ex ista constellatione ista acciderunt. non per se ex illa sed magis a casu. Quicquid enim accidit ex causa quacunq que non ob hoc B

ſed magis ob aliud fuit caſu accidit q̄ntū
ad illam. et hoc appet euidenter ex diffini
tione caſus. Caſus eñ ē vt diffinit Boeci⁹
inopinate rei euentus ex cauſis cōfluenti
bus ob aliud et aliud inceptus. Ampli
us. Si p̄ ſe ex cōſtellationibus ſunt hm̄ōi
euentus cōſtellationes autem inaduerſi
biles ⁊ indeclinabiles ſunt. igitur et euen
tus. Jnter cauſam eñ efficientem per ſe ⁊
effectū comitancia ē inſepabilis ⁊ neceſſa
ria. q̄re om̄ia hm̄ōi ex neceſſitate eueniet.
mortalib⁹ cōtra q̄s diſputare nos ñ opor
tet cū ſit iaȝ deſtructū p̄ doctores ſanctos
⁊ orthodoxos et eciā p̄ phyloſophos mul
tos. Q: ſi dixerit quia licet caſu hoc eſt
p̄ter intentionē cōſtellationis euenietiſta
nihilominus tamen ex neceſſitate. queād
modum ex motu ſolis ē dies licet ſol non
ad hoc aut p̄pter hoc moueat̄ vt dies ſit
queādmoduȝ et ex motu corpis tui venit
diuiſio aeris. p̄ queȝ mouetur ex neceſſita
te non tamen p̄pter hoc mouet̄ ex neceſſi
tate. nō tamen p̄pter hoc mouetur vt di-
uiſio aeris fiat. neq; caſu fit diuiſio aeris.
C Licet non intendatur determinate. inten
ditur tamen in vniuerſali. Qui eniȝ inten
dit motū intendit ex neceſſitate om̄ia illa
que ſunt de neceſſitate motus. ⁊ ſine qb⁹
eē nō poteſt. ſed reuera nō intendit illa ni
ſi intentione vniuerſali. Non ſunt ergo a
caſu talia. q: nō ſunt om̄ino p̄ter intentio
nē. Jn p̄poſito ḃo caſu videlicet ꝯſtellati
onū aut dicet ꝙ euentus hm̄ōi ſunt p̄ter
intentionē ꝯſtellationū omnino aut non
Si ſic. erūt igit̄ a caſu. q̄re nō erit ſciencia
vel certitudo de eis. Caſualiuȝ eñ diuina
tio aut p̄phecia ē. nō autē ars vel ſciencia
quoniā ars ⁊ ſciencia nō ſunt niſi de ordi
natis ⁊ adinuicem cauſalitate p̄ ſe colliga
tis quare aſtronomia q̄ntū ad partē hac:
neq; erit ars neq; ſciencia. Q: ſi ex certa in
tentione ꝯſtellationū ſunt euentus hm̄ōi
ſequeret̄ quod diximus videlicet ineuita
bile ⁊ neceſſariū. Amp̄. Cū natura ho
minū et ceterorū animaliū atq; vegetabi
liū media ſit inter fortunam ip̄oȝ et ꝯſtel-
lationum. quare virtus conſtellationum
naturam tranſiit. ſaltū faciens in fortunā
ip̄oȝ. p̄ſertim cū ip̄a natura capatior ſit ſi-
ue receptibilior virtutis celeſt. q̄ȝ fortuna
Amp̄. Si in conſtellationibus ē totus
curſus vite humane cū om̄ib⁹ euentibus
ſuis et hoc cauſaliter et ſignificatiue vt in
cauſis efficientib⁹ ⁊ ſufficientib⁹ non ho-
minib⁹ imputandū ē ſed cōſtellationib⁹
quicqd eis euenerit. ꝙ eñ aer illuminat̄ vl̄
caleſit vel aliter diſponit̄. nō aeri imputā
dum ē. quod ſtellis ⁊ luminarib⁹. Simi-
liter ꝙ rota molendine motu circulari re
uoluit̄ non ip̄i rote ſed aque repellenti aſ
ſcribendū ē. Si ergo cōſtellatiōes mouēt
homines ⁊ inducūt in omnia que eis eue D
niūt nō hominib⁹ imputāda ſunt illa ſed
ſtellis mouentib⁹. Q: ſi dixerit. nō violen
ter mouent homines ſed p̄ voluntatē eoȝ
querim⁹ ab eis cū volūtas non moueat
niſi mota. an cōſtellatinoes ip̄e moueant
volūtates hominū ad hoc an homīes ip̄i
Q: ſi cōſtellationes totū ergo eſt ab ip̄is
quicquid agūt vel paciuntur homines q̄-
re ē eis imputandū ⁊ nihil hominib⁹. Q:
ſi dixerit ꝙ hominib⁹ imputandū ē. q: ſu
ſtinent ſe vel conſenciūt ſic moueri. quem
admodū cū aliquis ſuſtinet ſe vel ꝯſentit
exuri ab igne. vel deuorari a beſtia vl̄ p̄ci-
pitari in foueā imputandum eſt ei qui de
buit ſe auertere vel reſiſtere ſi potuit.
Querim⁹ ab ip̄is vtrū hoc quod ho-
mines ſuſtinent ſic ſe moueri vel conſenci
unt ſit ab ip̄is conſtellationib⁹ an ab ho-
minibus. Q: ſi ab ip̄is conſtellationibus
Totum igitur ē ab ip̄is ⁊ nihil ab homini
bus. q̄re iputandū ē eiſdē totū ⁊ nihil hōi
bus. totaliter eñ vniquodq; illi attribuē
dum ē a quo totaliter ē. Nullius autē rei
alicui aliquid attribuenduȝ ē a quo nihil
habet vel nihil eius eſt. Si ḃo homines
voluntates ſuas moueant ad ea q̄ agunt
vel voluntarie paciuntur. tunc ex neceſſita
te imputandi erunt eis omes euentus eo
rum in rebus voluntarijs. et hoc eſt quo-
niam tunc erunt ab eis. Voluntariorum
enim omnium actuum cauſa eſt volūtas
efficiens et per ſe et propter hoc taliū prin
cipia in nobis ſunt. propter quod ⁊ nobis
imputanda ſunt. et etiam imputantur. ni E
hil ergo talium a ſtellis erunt vel conſtel-
lationibus. Amplius. Ad naturales
actus et virtutes et organa prouidet natu
ra mortalibus vt viſum ad videnduȝ ocu
los. et hec omnia in hominibus ſunt. Ad
fortunas autem vel infortunia vel acqui-
renda vel euitanda vel aliqua dantur ho
minibus que in eis ſunt vel non. Verūta
men ad acquirendum regnum vel victori
am in bello. et alias fortunas vel alique
diſpoſitiones imp̄miit̄ a ſtellis homib⁹
vel nō. quod ſi mille. ergo talia eueniunt

eis per ea sola que extra eos ipa sola sunt
Similiter ꝛ contraria eoꝝ quare nihil ad
eos de his. Si vero alique dispositiones
imprimuntur eis. ꝓpter hoc erit in ipsa ho
ra natiuitatis vł generatiōis videlicet qd̄
huiusmodi dispositiones inprimant qua
re habebit iste in se dispositionez qua fiet
ret vel epūs. Quemadmodū ergo nō po
test ꝓhiberi aliquis. quin videat vel audi
at cum voluerit nisi virtus videndi aut or
ganū eidem auferatur vel impediatur sic
non poterit impediri vel ꝓhiberi quin fi
at epūs cum voluerit. nisi virtus illa ei au
feratur vel impediat̄ sed nō est in potesta
te alicuius virtutem hmōi vel auferre vel
impediri. Ea enim que in anima sunt im
pressa nō sunt cuiusqꝫ vel auferre de ea vł
ipedire maxime si naturaliter in eā ipressa
sunt. Amplius. iste dispositiōes fortu
narū et infortunioꝝ ꝓpter quid imp̄mun
tur potꝰ in hora natiuitatis qꝫ in alia. cū
A in ea multe eaꝝ nullū habere possint effe
ctū Amplius. Si nascatur aliqs dispo
situs ad suspendiū qꝫ ꝛ dispositus ad fur
tū vel aliud maleficiū ꝛ vtraqꝫ dispositio
ei impressa ē a virtute sue constellationis.
Quicquid autē sic impressum ē. naturale ē
recipienti. erit vtrūqꝫ naturali huiusmodi
nato videlicet ꝛ furari ꝛ suspendi. Natura
lia eīn nō imputant̄ ad penā actualē quē
admodū morientibꝰ ꝛ naturaliter mente
captis nihil imputat̄ quod agant. Que ē
eīn alia dispositio sic impssa ad furanduz
nisi furiosa cupiditas q̄ nec ipius vite ꝓp
ium dispendiū furantē patit̄ estimare ꝛ in
terdū nec etiā cogitare qua de causa vidē
tur latrones nasci pueri ꝛ alijs vicijs iam
infecti in occulto. Manifestant autē se hu
iusmodi vicia cum oportunitas operandi ex il
lis vel scđm illa data fuerit habentibꝰ ipsa
Silr ꝛ regias dignitates ꝛ alias habebūt
in occulto ꝛ nascent̄ reges et p̄ncipes ipsi
pueri. Licet nō tūc appareant dignitates
eoꝝ qua absurditate nihil incōgruentiꝰ.
Dare eū hmōi dignitates pueris nō tam
stultū. qꝫ etiaz dementissimū ē. quare nec
opus ē celestis virtutis nec alteriꝰ cuiusqꝫ

Manifestū ergo ē ex natiuitate vł ho
ra natiuitatis nihil imp̄mi quod ad natu
rā vel fortunaz ptineat natiuitatis. quare
nihil agere in eos hora illa. cū enim nihil
imp̄mitur omnino in id non agit̄. Si vero
dixerint. quia hora natiuitatis p se nec in
fausta ē natis sed magis hora generatio
nis seu cōceptionis. et ꝓpter illā hora na
tiuitatis obseruat̄. Tunc enim vt aiunt se
men generationis in matrice fundit̄ et ꝓ
ut se habet cōstellatio faustus aut infau
stus ex ea generat̄. Et nō ē dubitandū in
quiunt quin in humores et spiritus nr̄os
potestatē ꝛ ducatū habeat virtus celestis
Diamꝰ ecōtrario. quia semen cū sit super
fluū tercie digestionis fm Aristotelez tale
infunditur in loco generatiōis quale erat
in corpe generātis. ꝛ ꝓpter hoc nihil addi
tur ei. nihil minuitur ei nihil imp̄mit̄. nisi
forsitan dispositio aliqua corpalis. Cū et
corpꝰ meruū sit quasi ex humore et spiritu.
nullā omnino impssionē recipit nisi corpalē
videlicet caliditatem aut frigiditatem aut
aliquā aliā hmōi ad quas nihil omnino d̄
fortunis aut infortuniis euentuū. Am
plius. Qꝛ dicūt quia saturnus agit prima
hora post īfusionē seminis infrigidādo. ꝛ
coagulādo materiā manifeste impossibi
le ē quia semen humane generatiōis p ca
lorem solū coagulatur. p frigiditatē vo dis B
soluitur. Saturnus ergo quē dicunt p̄mo
opari in generatione humana. generatio
nem ipaz destrueret. Sic. quemadmodū
ipi dicunt qꝫ oparetur cū natura eius vir
tus frigida et sicca sit. vt ipi ponunt. q̄ am
be mortificatiue sunt et destructiue gene
rationis contrarie ho virtutes generatio
nem et vitā maxime efficiunt vel adiuuāt.
Unde Poeta. Uapor humidus oīs res
creat Amplius. Dicit aristoteles. quia
vis que est in semine similis est artificis.
quemadmodū ergo artifices ex artificijs
suis ꝛ scđm illa opantur inqꝫ opa artium
suarū videlicet domos instrumenta statu
as pannos pelles. Sic semina ex virtuti
bus vel scđm illas opantur generādo ea
que ex ipis fiunt. Sicut ergo artifices con
stellationes non consulunt vel obseruant
nec etiā obseruandas vł consulendas ar
bitrantur. sed magis artes suas ꝛ artium
precepta ꝓ operibus suis videlicet vt ea
recte et qualia decet operantur. Sic neqꝫ
seminum operationes ex constellationi D
bus pendēt vllatenus. nisi forsitan in hoc
qꝫ aer ab ipis stellis temperatur ac dispo
nitur. Ita similiter et terra vt dispositioni
bus eorum operationes seminum adiu
uent̄. Quis eīn dubitat de textore qn tota
vis seu virtus totaqꝫ texēdi apd̄ ipm sit. ꝛ
qn sua vi moueat instrumēta texēdi ꝛ arte
sua regat motū eoꝝ. ꝛ qꝛ ꝓpt̄ opꝰ texendi

nihil extra se requirat nisi panni materiā.
et instrumēta texendi. nisi forte ꝓpter ob-
scuritatem aeris aliquando lucernā. ⁊ de
fabro similiter se habet atq; de vnoquoq;
alioꝝ artificum quorū nullus stellas con-
sulit vel cōsulendas existimat. Ymmo ꝓ
omni genere artificialiū operū se solos es-
se consulendos ⁊ requirēdos plane dicūt
et asserunt ipsisq; solis credendum esse de
his que ad artes suas pertinent. Hoc eti-
am cōmunitas omniū quasi per se. notū
habet et tenet. videlicet q̄ vnicuiq; artifi-
ci credendum est in sua facultate et de re-
bus sue facultatis. vt grammatico de grā-
maticalibus. et fabro de fabrilibus. et ge-
neraliter cuilibet artifici de artificialibus
suis. Error autem absurdissimus est astro
nomos in talibus ꝯsulere: aut de talibus
eis credere vllo modo. Et quoniā de his
in tractatu de legibus multa diximus. suf-
ficit tibi q̄ntū ad presens propositum ali
quam viam apertam esse ad contradicen
dum huiusmodi erroribus. Hic eniꝫ tanq̄
incidenter de his locuti sumus. radicalē
eorum destructionem atꝫ completam nec
nō et declarationem veritatis in iudiciis
astronomie singulari tractatu reseruātes.
Non enim aliter radicitus et perfecte vel
destrui errores possunt vel declarari veri
tas nisi positis et numeratis radicibus et
fundamentis quibus sic innituntur radi
ces huiusmodi et in quibus euentus ho-
minum. et totam inferioris mundi guber
nationem siue administrationem fataliť
asserunt prouenisse. Q̄ꝫ autē tetigimus
de electionibus artificiorum vel etiam vi
ciorum manifestuꝫ est quia volūtarie sunt
et etiam ex propria voluntate eligentium
quandoq;. quandoq; ex aliena vel dispo
sitione vel solitatione veniente ex defectu
vel penuria temporalium verbi gracia.
Ab ipo sensu manifestum est. Aliquis eñ
eligit ꝓpria voluntate effici miles. Alius
clericus aut alterius modi artificiū. Inter-
dum autē ex dispositione paterna siue ma
terna. Filios eñ paruulos ꝓvolūtate sua
plerumq; patres applicant artificiis ⁊ of-
ficiis et interdū religioni interdum matri
moniis et hec omnia faciunt ex certis cau
sis. q̄s enūerare lōgissimū esset. Aliqs eñ
habens fratrē vl' cognatū episcopū. facit fi
lium suum clericū. plerūq; in lucrū in spe
q̄ beneficietur ab episcopo illo. Alius ex
deuotione facit filiū suū clericū scilicet. vt
habeat eum intercessorē ꝓ se apud deum
alius applicat ipm religioni non ex deuo
tione sed vt maior sit aliis fratrib⁹ portio
hereditaria. Paupertas vero multos vi-
ros ad rapinas et latrocinia et alia innu-
mera maleficia. multas mulieres ad mere
tricium inducit. qui et que oēs si interro
garentur. non stellis aut constellationib⁹
artificia vel officia vel maleficia sua attri-
buerent sed magis sibi ⁊ voluntatib⁹ su-
is scientes indubitanter causas motiuas
voluntatum et desideriorum suoꝝ. simili
ter et fines siue causas finales eorundem.
vnicuiq; autem de seipo credendū est qui
magis nouit interiora sua. Hoc est cogita
tiones et affectiones soli nouit. Manife-
stū igitur est astronomos omniū testimo
nio hmōi stellas innocentissimas esse in
parte ista. quare qui talia eis attribuerūt.
iniquissime eas vel culpāt ymmo dāpna-
biles ⁊ humanam naturam ac res huma
nas peruertere cōfundere ac conturbare
eas asserunt in scipo.

P Ost hec autem mēsurare tempta
bimus peccatum illud quod origi 3
nale dicitur et comparare aliis tā
actualibus q̄ꝫ venialibus. et de pena que
ꝓ eo infligitur que et quo iure pena infli-
gitur. Ubi oportet te p̄mo nosse. quia nō
ꝓprie culpa dicitur. sicut neq; dementum
Qualiter enim culpa ꝓpria dici potest vť
culpabilis in q̄ nullus peccat vel peccare
potest neq; male agere aut male obmitte
re quod agendū esset. Amplius. Quo
modo culpandus est aliquis. ꝓ eo quod
nec agit nec egit. ymmo omnino nesciens
⁊ inuitus illud patitur. Presertim cū tam
ignorancia illa paruulorum. tam violen-
cia. quam in hoc paciūtur. videlicet in cō
trahendo illud inuincibilis sit. Si autem
non est culpabilis vel ꝓ ea culpand⁹ ali-
quis ergo nec puniēdus. Inique ergo pu
niuntur paruuli ꝓ illo sine baptismo dece
dentes. Presertim cum augustinus penā
paruuloꝝ ignem eternū vocet in libro de
fide ad petrum. alioquin qualiter dixisset
apl'us Omnes nascūť filii ire. Si eniꝫ nō
debeť ira pene originali peccato. quomo
do filios ire facit eos qui cū eo nascuntur
Dicim⁹ quia cum originale peccatū actu
ale nō sit pena ei actualis nulla debeť id
est nec ignis gehenne nec vermis ꝯsciēcie
nec etiā purgatorius ignis. Q̄ꝫ autē Augu
stinus penam eius vocat ignē eternuꝫ. eo

tropo vsus est quo omnis pena. omnis tri
F bulatio interdum ignis vocatur. Quemad modum autem leprosi extra castra a sanis et mundis hominibus vtpote indigni cohabitatione eorum. Et hec separatio licet pena sit. non tamen vindicta est lepre. vel pro lepra in vindictam illata cum lepra nullo modo culpa sit. Sic paruuli nec loco purgatorij digni sunt. cum in eum non intrent. nisi gracia dei prediti atque sanctificati et gloriam eterne beatitudinis expectantes Similiter nec lymbo inferni digni sunt. vbi sancti patres beata spe consolati. vt dicit Beda superne patrie ingressum expectabant Quare manifestum est locum paruulorum huiusmodi. videlicet qui cum originali solo decedunt. qui
L nullum actuale ei quod viuerent addiderunt medium esse inter gehennam et purgatorium. vbi huiusmodi paruuli tamquam lepra originali immundi seorsum a locis sanctorum seclusi perpetuam mansionem sunt habituri. neque enim in gehennam detrahendi sunt cum illis qui peccato originali actualia et mortalia addiderunt. quod autem quidam carenciam visionis dei penam originalis peccati esse putauerunt. Manifestum est esse falsum. Cum enim habitus gracie siue gracia ipsa causa sit visionis dei. erit ex necessitate carencia gracie causa carencie visionis dei. Ampl.
L Si adam antequam gracia illustratus esset et antequam peccasset decederet in statu videlicet innocencie naturalis procul dubio visione dei careret cum enim non haberet graciam ex necessitate nec gloriam obtineret. Cum ergo paruuli de quibus loquimur careant gracia dei. hoc ipso ex necessitate carent et gloria cum gloria non detur nisi gracie siue per graciam. Si enim affirmatio est causa affirmationis erit negatio causa negationis. et si habitus causa est habitus vel habendi. erit carencia causa carencie siue carendi. Ampl. Si ablata esset paruulis ista lepra originalis et
M non esset eis data gracia certum est quod adhuc carerent visione diuina. cum sola introducat gracia homines ad gloriam. Manifestum ergo est quia preter carenciam visionis diuine que omnibus dampnatis communis est et omnibus non saluatis habent etiam tenebras originalis istius infectionis et propter illam habent elongationem a locis illis pro quia esse consueuit ad visionem dei et separationem intransibilem. quare manifestum est. quia preter carenciam visionis dei quasi duo genera tenebrarum paciuntur. Videlicet ipsas tenebras immundicie et corruptionis originalis et tenebras elongationis ac separationis a claritate visionis dei quas diximus. Quod si dixerit quis quia dolorem inestimabilem paciuntur pro eo quod priuati sunt gloria visionis dei. ad quam se creatos et natos esse cognoscunt errat quoniam dolor iste esset pena actualis et cordis de sensibilis quare iniuste eis irrogaretur. cum pena actualis non debeatur nisi pro peccato actuali. Si quis vero querat qualiter sine dolore incredibili cogitare possint vel aduertere se non obtinuisse beatitudinem cum ad illam nati essent. Responderunt magistri nostri temporis quia multi sine dolore sustinent quod reges non sunt et etiam sine inuidia vident alios esse reges cum tamen eiusdem conditionis secundum naturam sicut illos esse cognoscant. Sicut ergo isti non dolent quod regnum temporale non sunt adepti. ita nec isti de regno celorum. nobis autem non videtur eousque clarum esse paruulos in eam scienciam proficere vt talia sciant de se vel de regno celorum. Non enim prohibitum videtur esse si hoc esset quin possent inestimabiliter proficere in dei cognitione. presertim cum nulla pena eos auerteret nulla occupatio eos impediret. Et ipsum peccatum originale profectum huiusmodi pateretur sicut et patitur in sarracenis et paganis et aliis infidelibus. et etiam mortalia actualia paciuntur eos in cognitione dei et eorum que eius sunt et hoc in tanta breuitate vite istius quantum ergo possunt proficere paruuli huiusmodi in tota perpetuitate vite illius nec occupationibus distracti nec peccatis mortalibus obscurati sed sola originali corruptione vt diximus impediti. Cum autem cognitio dei non possit non esse iocunda et quanto maior tanto iocundior. cresceret autem istis sine termino. cresceret ergo iocunditas eius eisdem sine termino. quamuis ad gaudium diuine visionis nec vnquam pertingeret nec vnquam eidem fieret comparanda. Esset ergo huiusmodi paruulorum status multe felicitatis. et si non felicitatis glorie comparande Haberent enim pacem de omnibus inquietudinibus et molestiis. securitatem a periculis iocunditatem ex diuine cognitionis continuis profectibus propter hec omnia et alia que scribere supersedemus dicimus non esse clarum. Presertim cum nusquam determinatum sit in scriptura vel scriptis sanctorum nec in traditionibus scolasticis vel dogmatibus an paruuli sic proficere possint et phylosophando eousque proficere. nec dei iusticia prohibere videatur eos ad cognitionem eius tale conari vel

ab eis veritatem suam eousq̨ absconde-
re q̄ phylosophis blasphemis et peccato
ribus reuelauit. Relinquendū ergo ē
illud discussioni altiori siue alterius ve no
uitas phylosophie hacten⁹ inaudita par
uuloꝛ aures offendat simplicium ꝛ bono
rum. Quod autem dicit Apostolus. quia
omnes nascitur filii ire ad feditatem ori-
ginalem cōuenienter referri potest cui me
rito iratus ē deus ꝓpter ipsam. et insuper
quia aduersatur gracie et virtuti. Et radix
vt diximus est scaturigo et seminariū pec
catorum quibus ira dei ꝓuocatur vl' quē
admodū dicit veritas in euangelio quos
dam esse filios regni qui eiciendi sunt fo
ras. nō quia cū regno vel in regno nascā-
tur vel nati sint. sed quoniā ac si essent re
gni heredes illud eis diuina misericordia
ꝓparabat. Sic et oēs tanq̄ essent ire in-
fernalis heredes ad eam originalis mali
cia ꝑtrahit hic eosq̨ ad eam parat quātū
in se est.

O D Emensura aūt seu magnitudine
originalis vicij seu peccati aliqua
dicere necesse habem⁹ ꝓpt' que-
stiones ꝛ difficultates quas habet. Uide
tur enī esse omniū peccatoꝛ ꝛ vicioꝛ mini
mū cum enī q̄ ē ꝓportio seu compario pe
ne ad penam eadē sit peccati ad peccatū
Comparatio vero pene cuiuscūq̨ venialis
ad penā originalis nulla ē maxime pene
purgatorij. Cū enī ignis purgatorius vt di
cit Augustin⁹ maior sit q̄ quicquid hō in
hac vita pati potest. omnis enī locus siue
elongatio a visione dei nihil ē in penalita
te cōparatione ignis vite istius quare nulla
erit comparatione pene originalis ad penā
venialis ergo nec peccati ad peccatū. Erit
ergo peccatū originale minus incompabi
liter q̄ veniale. Dixim⁹ aūt elongationē
a visione dei qm̄ carēcia visionis dei ex ca
rencia gracie ē vt supra dixim⁹. sed ꝛ elon-
gatione facit maiorē et tenebras. densat
P peccatum originale vt supra ostendimus
Amplius. Quia melior est dies vna in
atrijs dei sup milia. Peccatū veniale qd̄
ꝑ diē vnā detinet animā humanā in pur
gatorio aufert ei gloriā vni⁹ diei ꝛ gaudiū
in celesti beatitudine. Huic aūt dampno
non ē compabilis vel densitas tenebrarū
vel elongatio maior a visione dei sicut ne
q̨ opposita eorū ꝑ compabilia sunt. Ap-
ꝓpinquatio vero ad dei visionem oppo
sita ē elongationi quā facit originale pec
catū ei ipsa etiā mūdicia ab originali pec-
cato nulla habet ꝓportionē vel compari-
onē ad beatitudinē vni⁹ diei in gloria ge
neralit' enī nihil quod sit nature vl' gracie
etiam compabile ē alicui eoꝛ q̄ sunt glorie
Et hoc declarauim⁹ in tractatu primo de
virtutib⁹. Siue ergo ad dampnū respicia-
tur incomparabiliter ē maior pena dam-
pni ex veniali q̄ ex originali sed ad exacer
bitatē sil'r cū acerbitas pene purgatorie in
credibilis sit acerbitas aūt pene original
peccati nulla. Si vero respiciat ad bona
cōtraria eodē mō se habet bonū ei quod
differt vel aufert veniale peccatum vt dixi
m⁹ incompabiliter maius ē q̄ quod aufe
ret originale Amplius. Nulla dubita
tio ē quin omne peccatū mortale in infini Q
tū maius sit q̄ originale. ꝛ hoc ē quoniā
pena gehennalis que ꝑ quocūq̨ peccato
mortali debet in infinitū maior ē quacun
q̨ alia in infinitū ergo maius ē quodcū-
q̨ peccatū mortale q̄ originale. ergo ori-
ginale in infinitū est minus quocūq̨ mor
tale. Sed omne veniale similiter in infini
tū minus ē quocunq̨ mortali. Originale
ergo ꝛ veniale eque minora sunt quolibꝫ
mortali. Quare inuicē eq̄lia sūt. Quecūq̨
enī eodē eque maiora ꝛ eque minora sūt
īuicē eq̄lia sūt ꝑ illā ꝓpositionē quīte geo
metrie. Si fuerit duarū quātitatū ad quā
cūq̨ terciā eadē ꝓportio illas eē equales
ꝛ econuerso. In quo respondem⁹ sicut
iam alibi dixim⁹ peccatū tres hꝫ compari R
ones seu facies. Iuxta illas tres. tres ma-
gnitudines seu intentiones. Prima ē ei fa
cies essencialis qua est id quod ē. sicut ali
quis actus corpalis vl' spiritualis. Secun
da facies ē ei ad ipm̄ subiectū in quo ē. et
scdm̄ hāc faciē ē lesio vl' vuln⁹ ipius. Ter-
cia ē ei facies ad deū ꝛ scdm̄ hāc ꝛ ē ꝛ dici
tur iniuria vel offensa dei. Uerbi gracia.
Eadē fornicatio ꝛ actus quidā ē in se et le
sio vel vulnus fornicātis. et iniuria vel of-
fensa dei. ꝛ ꝯtingit istas tres intentiones
seu magnitudines inequales eē. Qn̄do
q̨ enī maior ē actus in eo quod act⁹ et in
de maior dei offensa. ꝛ etiam minor lesio
subiecti verbi gracia. Iste vel magis dele
ctatur fornicando. vel diutius ē in actu et
ē simplex laycus q̄ iste sacerdos vel litte-
ratus. maior igit' ē actus fornicandi in eo
actus layci q̄ istius sacerdotis tamen for
nicatio sacerdotis ē maior dei offensa.
Ampli⁹. Contingit interdū post vnā

fornicationē fastire ⁊ abbominari mulierē vnā sicut cōtingit quod amon thamar sororē suā fastidiuit statim postq̄ cognouit eam ⁊ eiecit eā a se. Interdū vero mulier adeo cordi cū ea fornicātis illabit' vt totus amore eius capiat'. sicut factū est de sychem ex dyna q̄ cōglutinata ē anima ei' cum ea sicut legit' Genes. xxxiiij. Siue eq̄les ergo siue inequales act' fornicationū ipsoꝝ in eo quod actus tamen maior lesio incōpabiliter ipi' sichem. ꝑpter hoc dicit Amb. sup epistolā ad Romanū. Quia grauiter o homo peccas si diuicias longanimitatis dei contēpnis grauissime si ignoras. Ignorācia igit' ibi dicitur grauissimū peccatū. ⁊ hoc ꝑpter lesionē subiecti. Cōtemptus em̄ dei grauior ē sed in eo q̄ siuia q̄ ignorancia eiusdē. ⁊ hoc ē quoniā ignorancia dei adeo ledit subiectū. vt nec radicē aliquā boni in eo relinquat nec em̄ fidem informē in eo relinquit. Cōtempt' aūt dei nō ē sine cognitōne ipius aut fide Non em̄ ꝯtempnit' quod penitus ignorat'. Iuxta hūc modū dicim' q̄ ignorācia alphabeti maior vel grauior est q̄ tocius astronomie. quoniam ignorācia astronomie solam astronomiam tollit ab ignorāte illā. Ignorancia vero alphabeti ⁊ illam ⁊
S omnē aliā scienciā litteralem. Cū ergo queritur de originali vtrū sit magis aut minus q̄ veniale distinguendum ē qualiter maius sumit' iuxta p̄nominatos modos Non enim vniuoce dicitur hoc magnum Q: si de magnitudine lesionis intelligat' procul dubio incōpabiliter maius. id ē magis ledens ē ꝓprium subiectū originale q̄ veniale. Est em̄ morbus ꝓfundatus ⁊ diffusus in totā animam vel totū hominem et adherēs adherēcia ꝑpetua nisi diuina virtus curauerit. Ueniale vero sicut pustula leuissima et cutis contaminatio ꝑmodica que facile curatur ⁊ transit. si de iniuria dei vel offensa intellexerit vtrū maius sit vel maior iniuria dei vl' offensa originale q̄ veniale. Respondem' quia veniale nec iniuria dei nec offensa ē nec dicitur. Similiter nec originale peccatū. cum nec actus illicit' nec obmissio act' qui in p̄cepto ē. sic nō ē iniuria dei vel ꝯtumelia seu offensa. Om̄is em̄ offensa vel iniuria act' est aliquis vel p̄uatio seu obmissio actus Quod vero dicunt de dampno siue pena dampni nō ē verꝫ. ymmo incompabiliter magis dampnificat subiectū ꝓprium peccatū originale q̄ veniale. Ueniale em̄ ad tempus tantū in eo quod veniale. ⁊ quātū in se aufert vel differt solā glorie portionē. Originale vero totā aufert quantū in se ē. nō em̄ ē transiens originale peccatū q̄ntū in se ē ymmo adherēs ꝑpetuo et ipsam graciā que ē via ad gloriā ymmo ius ⁊ dignitas obtinēdi illā secū eē nō patitur. Ueniale aūt nec graciā extinguit nec minuit. vt alibi ostendim'. ymmo secū eam patit' Ad id aūt quod dicit. quia que est ꝓporcio pene ad penā eadē ē peccati ad peccatū. ⁊ de pena illata in vindictā ē intelligendū ex iusticia scilicet vl' ira dei. de huiōi pena non est actualis. Preterea cum hic dicitur. que ē ꝓporcio pene ad penam. eadem ē ꝓporcio peccati ad peccatū. intelligitur q̄ntū ad culpā q̄ ē iniuria dei vl' contumelia seu offensa. Hec aūt nō habēt locū in originali peccato sed neq̄ culpa proprie dicitur originale peccatū. cū ꝓ eo neq̄ causandus neq̄ culpandus sit aliquis. nec diuine bonitati cōueniens esse videt' ꝓ eis que nescientes penitus et nullo mō volentes vel consenciētes paciuntur.

Ad terciū vero quod dicit quia quodlibet mortale in infinitū ē mai' q̄ originale. Responsum ē ꝑ ea q̄ diximus. id ē ꝑ distinctionē quā p̄misim'. Nō em̄ ē in infinitū maius. id ē maior iniuria vl' offensa dei mortale vel originale. cū originale nec iniuria nec offensa dei sit. Sic vero itelligat' in infinitū magis ledēs subiectū q̄ntū ad vulnerationē vl' debilitationē. hoc nō est verū. ymmo multomagis originale ꝑpt' causas supradictas. Quod aūt dicit de penis nō dicit nisi equiuoce vt dixim'. Equiuoce em̄ dicit' pena mortalis ⁊ pena originalis gehenna em̄ pena ē illata ⁊ vindicta inflicta. merita insuꝑ ꝓ quolibet mortali ex ira vel iusticia dei. Non aūt sic se habet nec sic intelligit' pena originalis. non em̄ merita ē neq̄ merit' reddita vt supra ostēdim'. Cum originale peccatū nō sit meritū alicui' pene. nec eo quisq̄ vnq̄ admereat' vel demereat'. nec sequit' vllo mō si duoꝝ aliquoꝝ vtrūq̄ sint in infinitū maiora tercio q̄ ideo sint eque maiora illo vl' illud eque minus eisdē sicut alibi dixisti quia superficies et linea sint in infinitū maiora puncto. Non em̄ eque maiores illo vl' illud eque minus illis. Et quoniam d̄ dissensione inter platonem ⁊ Aristotelem supra fecim' erroꝝ platonicus manifes

ste sit contra catholicā doctrinā Aristotel'
aūt sentencia cū ipa cōcordare videt con
ueniēs arbitramur cōtra platonē aliq̄ di-
T cere anime cū error ipius originalez cor
ruptionē euidenter tangit. Sentēcia autē
platonis in hoc fuit animas a pncipio cre
atas fuisse in celo et singulatim in stell' cō-
paribus collocatas creatas autem sciēcia
pfectas. qualis quidē naturaliter suscepti
biles sunt. Quapropter necesse habet cō-
sequenter ponere easdē creatas fuisse in si
mili pfectione virtutū quod ē dicere virtu
tū naturaliū cōiunctione vero vt supra di
ximꝰ corpoꝝ velut haustu lethei fluminis
debriatas et absorptas ita vt nihil de alte
rutris dictarū pfectionū omnino reminiscā
tur. In pmis autē querimꝰ ab eo vtrū
similiter senciat de animabus brutorum.
